 diant et n̄ intelligant: nequā-
 do conuertant & dimittantur
 eis peccata. Et ait illis. Nesci-
 tis parabola hanc? Et quom̄
 omnes parabolat cognoscetis?
Qui seminat: uerbu seminat.
 Hy autē qui circa uiam ubi
 seminat uerbum: & cū audie-
 runt confestum uenit sathana
 & auferit uerbum qd semina-
 tum est in cordib; eor. Et hy s̄
 similiter q̄ sup petrosa semina-
 tur: qui cū audierint uerbu.
 statim cū gaudio accipiūt illd.

xxviii
 11
 xxxv
 lxxviii

xxviii
 11
 xxxv
 lxxviii

xl
 11
 xlii
 lxxv

xl
 11
 lvi

xl
 cclxx
 lxxv

xl
 11
 Sol

et n̄ habent radicem in se. s; tem-
 porales sunt. Deinde orta tribu-
 latione & p̄secutione p̄t uerbu
 confestum scandalizant. Et alij
 sunt qui in spinis seminantur.
 Hy sunt q̄ uerbu audiunt: et
 erumpne se. & deceptio diuiti-
 arum. et circa reliqua concupis-
 centie introeunt suffocant
 uerbu: & sine fructu efficit. Et
 hy sunt q̄ supra bonā terrā se-
 minati sunt: qui audiūt uerbu
 & suscipiunt et fructificāt: unū
 triginta. et unū sexaginta. et
 unū centum. Et dicebat illis.
Nunquid uenit lucerna ut
 sub modio ponat̄ aut sub lecto?
 Nonne ut sup candelabru po-
 natur? **N**on enim ē aliquid
 absconditū quod non manifes-
 tetur: nec factum ē occultum:
 s; ut in palam ueniat. Si quis
 habet aures audiendi audiat.
Et dicebat illis. Videte qd au-
 diatis. In qua mensura mensi-
 fueritis: remetiet̄ uobis. & adici-
 etur uobis. **Q**ui enim habe-
 dabitur illi: & qui n̄ habet etiā
 quod habet auferetur ab illo.
 t dicebat. Sic est regnum di.
 quē admodum si homo iaceret

sementem in terram & dormiat. et exurgat nocte ac die. et semen germinet & crescat dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat: primum herba. deinde spicam: deinde plenum frumentum in spica. & cum se produerit fructus. statim mittit falcem. quoniam adest messis. Et dicebat **C**ui assimilabim regnum dei: aut cui parabole comparabimus illud? Sic granum sinapis: quod cum seminatum fuerit in terra minus est omnibus seminibus: que sunt in terra. Et cum seminatum fuerit. ascendit & fit maior omnibus herbarum: et facit ramos magnos: ita ut possint sub umbra eius aves celi habitare. **E**t talibus multis parabolis loquebatur eis uerbum. pro ut poterant audire. Sine parabola autem: non loquebatur eis. Serorsum autem: discipulis suis dicebat omnia. **E**t ait illis in illa die: cum sero esset factum. Transeamus contra. Et dimittentes turba. assumunt eum ita ut erat in nauis: et alie naues erant cum illo. Et facta est procella magna uenti. & fluctus mittebat in nauis: ita ut impleretur nauis. & ipse erat in puppi super ceruicem dormiens: et excitant eum. & dicunt ei. Magister: non ad te

8. xlviii
9. cxxvii
10. cxxvii

8. xlv
9. cxxviii

8. xlv
9. cxxviii
10. cxxviii
11. cxxviii
12. cxxviii

perinet quia pimus: Et exurgens comminatus est uento. & dixit mari. Tace. obmutescet. Et cessauit uentus: et facta est tranquillitas magna. **Q**uod ait illis. Quid timidi estis? Hec dum habetis fidem. Et timuerunt magno timore. Et dicebant ad alterutrum. Quis putas est iste: quia & uentus et mare obediunt ei. **E**t uenerunt trans fretum maris: in regionem gerasenorum. Et exeunti ei de nauis. statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo. qui domicilium habebat in monumentis. & neque catenis iam quosquam eum poterat ligare: quoniam sepe compedibus. & catenis uinctus dirupisset catenas. et compedes comminasset. Et nemo poterat eum domare. et semper nocte ac die in monumentis & in montibus erat: clamans et concidens se lapidibus. Videns autem ihesus a longe. cucurrit & adorauit eum: et clamans uoce magna dixit. Quid in te est ihesu fili dei summi. Adiuro te per deum: ne me torqueas. Dicebat enim illi. Exi spiritus in munde ab homine. & interrogaui eum. Quod tamen nomen est. Et dicit ei. Legio michi nomen est: quia multi sumus. Et deprecabatur eum multum: ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum.

magnis pascent: et deprecabantur eius
 spe dicentes. Mite nos in porcos:
 ut in eos introeamus. Et concessit
 eis statim ihc. Et exeuntes spe in
 mundi: introierunt in porcos. Et
 facto impetu magno grex preci
 pitatus est in mare ad duo milia:
 et suffocati sunt in mari. Qui aut
 pascebant eos fugerunt: & nunti
 auerunt in ciuitate et in agris:
 et egressi sunt uidere qd ess; facti.
 Et ueniunt ad ihm & uident il
 lum qui a demonio uexabat: se
 dentem uestitum & sane mentis.
 et timuerunt: et narrauerunt
 illis qui uiderant qualiter factu
 esset ei qui demoniu habuerat: &
 de porcis. Et rogare eum cepunt:
 ut discederet de finib; eor. **C**uq;
 ascenderet nauim: cepit illu dep
 cari qui a demonio uexatus fue
 rat: ut esset cum illo. & no admi
 sit eum: s; ait illi. Vade in domu
 tuam ad tuos: & annuntia illis
 quanta t dominus fecerit: et mi
 seratus sit tui. Et abiit et cepit
 predicare in decapoli quanta s
 fecisset ihc: & omis mirabantur:
 t cum transcendisset ihc in
 nauim rursus transiret: uenit
 quida de archy sinagogis nomi

abun viii lxxviii

abun ii lxxv

Iduent turba multa ad eu:
 & erat circa mare: &

ne iayrus: et uident eu pcedit ad
 pedes eius: & deprecabatur eum
 multu dicens: qm filia mea in ex
 tremis est: ueni impone manuo
 sup eam: ut salua sit & uiuat. Et
 abiit cum illo: et sequebatur eu
 turba multa: et comprimabant
 eu. **E**t mulier que erat in pro
 fluuio sanguinis annis duode
 cim: & fuerat multa ppeffa a co
 plurib; medicis: et erogauerat
 omnia sua nec quicqua pfeceerat:
 s; magis deterius habebat: cu au
 disset de ihu uenit in turba retro:
 et tetigit uestimtum ei. Dicebat
 enim: quia si uel uestimtum ei
 tetigero: salua ero. Et confestim
 siccatu est fons sanguinis eius:
 et sensit corpore quod sanata eet
 a plaga. Et statim ihc cognoscent
 in semet ipso uirtute que exiit
 de eo: conuersus ad turba aiebat.
 Quis tetigit uestimta mea? Et
 dicebant ei discipuli sui. **V**ides
 turbam comprimente te: & dicit: qd
 me tetigit. **E**t circumspectabat
 uidere eam: que hoc fecerat. **M**u
 lier aute timens & tremens: scies
 quod factu esset in se: uenit & p
 cidit ante eum: et dixit ei omne
 ueritate. Ille autem dixit ei:

Filia fides tua te saluam fecit. **V**ade
in pace: et esto sana a plaga tua. **A**d
huc eo loquente: ueniunt serui ar-
chy sinagogi dicentes: qm̄ filia tua
morta est. **Q**uid ultra uexas magis-
trum? **H**ic autem uerbo qd̄ dicebat
audito: ait archy sinagogo. **N**oli ti-
mere: tantummodo crede. **E**t non
admisit quequam sequi se. nisi pe-
trum & iacobu. et iohannem fr̄m
iacobi. **E**t ueniunt ad domū archy
sinagogi: et uidit tumultū. & flen-
tes. et euulantes multū. **E**t ingres-
sus ait eis. **Q**uid turbamini & plo-
ratis? **P**uella non est mortua: sed
doctum. **E**t irridebant eum. **I**pse
uero electis omnib; assumpsit pa-
trem et matrē puellę. & qui secum
erant. et ingrediuntur ubi erat pu-
ella iacens: et tenens manū puel-
le. ait illi. **T**alita cumi: quod ē in-
terpretatū. puella tibi dico surge.
Et confestim surrexit puella: et
ambulabat. **F**rat autē annorū
duodecim: & obstupuerūt stupore
maximo. **E**t precepit illis ueheme-
ter: ut nemo id sciret. **E**t dixit
dari illi manducare. **E**t egres-
sus inde abiit in patriam suam: &
sequebantur illū discipuli sui. **E**t
facto sabbato: cepit in synagoga

docere. **E**t multi audientes. **I**nnuunt
indoctrina eius dicentes. **V**nde huc
hec omnia. et que est sapientia que da-
ta est illi: et uirtutes tales que p̄ ma-
nus eius efficiunt? **N**onne iste est
faber filius marie: frater iacobi. et
ioseph. & iude. et symonis? **H**onno. &
sorores eius nobiscum hic sunt? **E**t
scandalizabant in illo. **E**t dicebat
eis ih̄c. **Q**uia non ē p̄pheta sine hono-
re nisi in patria sua: & in cognatione
sua. et in domo sua. **E**t n̄ potuit ibi
uirtutē ullam facere. nisi paucos i-
firmos impositis manib; curauit.
et mirabatur p̄pter incredulitatem
illoꝝ. **E**t circuebat castella in circui-
tu docens. **E**t conuocauit duode-
cim. et cepit eos mittere binos. & da-
bat illis potestatem sp̄um immū-
doꝝ. et precepit eis ne quid tolle-
rent in uia. nisi uirgam tantū. nō
peram. n̄ panem. neq; in zona es. s;
calciatos sandals. & ne indueren-
tur duab; tunicis. **E**t dicebat illis.
Quocumq; introieritis in domū
illie manere: donec exeat inde.
Et quicumq; n̄ receperit uos. nec
audierint uos: exeuntes inde. ex-
cite puluerē de pedib; uestris in
testimoniū illis. **E**t exeuntes
p̄dicabant ut penitentiā agerent

li. i.
c. lxxi
lxvii
lxviii

li. ii.
c. lxxviii
lxviii

li. iii.
c. lxxviii
lxviii
lxx

li. iii.
c. lxxviii
lxviii
lxx

li. iii.
c. lxxviii
lxviii
lxx

li. iii.
c. lxxviii
lxviii

li. i.
c. lxxi
lxvii
lxviii

et demonia multa eiciebant. et un-
gelant oleo multos egros. et sanabat.

Et audiuit herodes rex. manifes-
tum enim factum est nomen eius. et
dicebat. Quia iohannes baptista re-
surrexit a mortuis. et propterea uir-
tes operantur in illo. Alii autem dice-
bant. quia hebas est. Alii uero di-
cebant quia propheta est. quasi un-
de propheta.

Quo audito herodes
ait. Quem ego decollauit iohanne.
hic a mortuis resurrexit. **I**pse
enim herodes misit et tenuit ioha-
nem. et uinxit eum in carcerem.
propter herodiam uxorē philip-
pi fratris sui. quia duxerat eam.

Dicebat enim iohannes herodi.
Non licet tibi habere uxorem fris-
tui. Herodias autem insidiabatur
illi. et uolebat occidere eum. nec
poterat. Herodes enim metuebat
iohanne. sciens eum uirū iustū
et sc̄m. et custodiebat eum. **E**t au-
dito eo multa faciebat. et liben-
ter eum audiebat. **E**t cum dies
opportuni accidisset. herodes na-
talis sui cenam fecit principibus
et tribunus. et primis galilee. **C**ū
q; introisset filia ipsius herodia-
dis. et saltasset et placuisset hero-
di simulq; discumbentibus. rex

ait puelle. Pete a me quod uis. et
dabo tibi. **E**t iurauit illi. quia que-
quid petieris dabo tibi. licet dimi-
dium regni mei. **Q**ue cum exisset.
dixit matri sue. Quid petam. et
illa dixit. Caput iohannis bap-
tiste. **C**umq; introisset statim cum
festinatione ad regem. petiuit
dicens. **H**olo ut ptinus des michi
in disco. caput iohannis bap-
tiste. **E**t contristatus est rex propter ius-
iurandum. et propter simul discum-
bentes. noluit eam contristari.
sed misso spiculatore. precepit af-
ferri caput eius in disco. **E**t decol-
lauit eum in carcere. et attulit
caput eius in disco. et dedit illud
puelle. **E**t puella. dedit matri sue.
Quo audito discipuli eius uene-
runt et tulerunt corpus eius. et
posuerunt illud in monumento.

Et conuenientes ap-
tuli ad ihe-
sum. renuntiauerunt illi
omnia que egerant et docuerant.

Et ait illis. **U**enite scorsum
in desertum locum. et requiesci-
te pusillum. **E**rant enim qui ue-
niebant et rediebant multi. et
nec manducandi spaciū habe-
bant. **E**t ascendentes in na-
uim abierunt in desertū locum

seorsum et uiderunt eos abeuntes
 & cognouerunt multi et pedestres
 de omnib; ciuitatib; concurrerunt
 illuc: & preuenierunt eos. Et erant
 ihc uidit multā turbam. & miser
 tus est sup eos: quia erant sic oues
 non habentes pastorem. Et cepit
 docere illos multa. **E**t cū iay
 hora multa fieret: accesserūt dis
 cipuli eius dicentes. Desertus lo
 cus est hic. & iam hora preterit.
 dimitte illos ut euntes in prima
 uillas & uicos. emant sibi cibos
 quos manducant. Et respondens
 ait illis. Date illis manducare.
 Et dixerunt ei. Euntes emam
 denarijs ducentis panes: & dabi
 mus eis manducare. & dicit eis.
 Quot panes habetis? Itē uidere.
 Et cum cognouissent. dicunt.
 Quinq; et duos pisces. Et prece
 pit illis ut accumbere facerent
 omnes scdm contubernia sup
 uiride fenum. & discubuerunt
 in partes pcentenos & p quinq;
 genos. Et acceptis quinq; panib;
 et duob; piscib; intuens in celu.
 benedixit & fregit panes. et de
 dit discipulis suis ut ponerent
 ante eos: & duos pisces diuisit
 omnib;. Et manducauerūt

lxxv
 .i.
 .xxlvii
 .xcvii
 .xlviii

lxxv
 .vi.
 .cxlviii

lxxv
 .ii.
 .cxlviii

lxxv
 .v.
 .cxlviii

lxxv
 .iiii.
 .cxlviii

lxxv
 .i.
 .cxlviii

lxxviii
 .vi.
 .cxlii

lxxviii
 .ii.
 .cxlii
 .xxvii

omnes: & saturati sunt. Et sustu
 lerunt reliquias fragmētō. duode
 cim cophinos. plenos: & de piscibus.
 Erant autē qui manducauerunt.
 quinq; milia iurō. **E**t statim
 coegit discipulos suos ascendere i
 nauim: ut preceperent cū trans
 fretum ad bethsaida dum ipse di
 mitteret ipm. **E**t cum dimis
 set eos. abiit in montem orare.
Et cum sero esset. erat nauis i
 medio mari: et ipse solus in terra.
 Et uidens eos laborantes in remi
 gando: erat enim uentus eis con
 trarius. **E**t circa quartā uigiliā
 noctis. uenit ad eos ambulans sup
 mare: et uolebat preterire eos. At
 illi ut uiderunt eum ambulante
 sup mare. putauerunt fantasma
 esse: et exclamauerūt. Omnes enim
 eum uiderunt: et conturbati sūt.
 Et statim locutus est cū eis: & dix
 illis. Confidite. Ego sum. nolite ti
 mere. **E**t ascendit ad illos in a
 uim: et cessauit uentus. Et plus
 magis intra se stupebant. Non e
 nim intellexerant de panib;. Erat
 enim cor illō oboccatū. Et cum
 transiretissent. peruenerunt in
 trāam genesareth: & applicuerunt.
Cumq; egressi essent de nau:

continuo cognouerunt eum. Et percurrentes uniuersam regionem illam cepunt ingratis eos qui se male habebant circumferre: ubi audiebant eum esse. Et quocumque introibat in uicos uel uillas: aut ciuitates: in plateis ponebant infirmos: & deprecabantur eum ut uel fimbriam uestimenti eius tangere. Et quocumque tangebant eum: salui fiebant. **vij.**

Et conueniunt ad eum pharisaei & de scribis quidam: uenientes ab iherosolymis. Et cum uidissent quosdam ex discipulis eius communibus: id est non lotis manibus: manducare panes: uituperauerunt. Pharisei autem & omnes iudei nisi crebro lauent manus: non manducant: tenentes traditiones seniorum: et absque nisi baptizentur: non comedunt. Et alia multa sunt que tradita sunt illis seruari: baptizata calicum & urcearum et craticularum et lectarum. **E**t interrogabat eum pharisaeus & scriba. Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem: sed communibus manibus manducant panem. At ille respondens: dixit eis.

Bene prophetauit ysaias de uobis hypocritis: sicut scriptum est. Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longe est a me. In uanum autem me colunt: docentes doctrinas precepta hominum. baptizata urcearum & calicum: et alia similia his facitis multa. Et dicebat illis. Bene irritum facitis preceptum dei: ut traditionem ueram seruetis. Moyses enim dixit. Honora patrem tuum & matrem tuam: & qui maledixerit patri uel matri: morte moriatur. Vos autem dicitis. Si dixerit homo patri aut matri: corban quod est donum quodcumque ex me factum fuerit: & ultra non dimittatis eum: quam facere patri suo aut matri: reuoluentes uerbum dei per traditionem ueram: quam tradidistis: & similia huiusmodi multa facitis. Et aduocans iterum turbam: dicebat illis. Audite me: omnes: & intelligite. Nichil est extra hominem introiens in eum quod possit eum conquinare: sed que de homine procedunt: illa sunt que conquinant hominem. Si quis habet aures audiendi: audiat. **E**t cum introisset in

luc vii. sol.

luc vii. clxii

luc vii. clxii

domum a turba: interrogabant eum discipuli ei' parabolam. Et ait illis. Sic & uos imprudentes estis: Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in homine non potest eum communicare. quia non introit in cor eius: sed in uentre' & in secessum exit purgans omnes escas: Dicebat autem quonia' que de homine exeunt: illa comunicant homine. Abintus enim de corde hominum cogitationes male procedunt: adulteria. fornicationes. homicidia. furta. auaritie. nequicie. dolus. impudicia. oculus malus. blasphemia. supbia. stulticia. Omnia hec mala abintus procedunt: & comunicant

Et inde **I** homine. surgens: abiit in fines tyri & sidonis. Et ingressus domum neminem uoluit scire: et non potuit latere. Mulier enim statim ut audiuit de eo cui' habebat filia spiritum immundum: intrauit & prostrata ad pedes eius. Erat enim mulier gentilis: syrophoenicia genere. **E**t rogabat eum: ut demonium eiceret de filia eius. Quia dedit illi. Sine prius satinare filios. Non est enim bonum su

lxvii
vi
elxviii


mere panem filiorum: & mittere canibus. At illa respondit: et dicit ei. Vtique dicit. Nam & canes sub mensa comedunt de micis puerorum. **E**t ait illi. Propter hunc sermonem uade: exiit demonium de filia tua. **E**t cum abiisset domum suam: inuenit filiam iacentem super lectum: et demonium exisse. **E**t iterum exiens de finibus tyri uenit per sidonem ad mare galilee: inter medios fines decapolis. **E**t adducunt ei surdum & mutum: & deprecabantur eum ut imponat illi manum. **E**t apprehensum eum de turba seorsum: misit digitos suos in auriculas eius: & exspuens tetigit linguam eius. **E**t suspiciens in celum ingemuit: et ait illi. Effeta. quod est adapire. **E**t statim aperte sunt aures eius: & solutum est uinculum lingue eius: et loquebatur recte. **E**t precepit illis: ne cui dicerent. **Q**uanto autem precipiebat: tanto magis plus predicabant: & eo amplius ammirabantur dicentes. **B**ene omnia fecit: et surdos fecit audire: & mutos loqui. **vii.**

Illis diebus iterum cum turba multa esset cum ihu: & nec haberent quod manducaret: con

lxviii
vii
Sol

lxv
viii

lxvii
vi
elxv



uocatis discipulis aut illis. **D**ise-
 reor sup turbam. quia iam ecce
 triduo sustinent me: nec habet
 qd manducent. Et si dimisero
 eos ieiunos: deficient in uia.
 Quidam autem ex eis: de longe ue-
 nerunt. Et responderunt ei
 discipuli sui. Unde istos pote-
 rit quis hic saturare panib; in
 solitudine. **Q**uero interrogauit eos.
 Quot panes habetis. Qui dixerit.
 Septem. Et precepit turbe dis-
 cumbere sup terram. Et accipi-
 ens septem panes. gratias agens fre-
 git & dabat discipulis suis. ut
 apponerent. Et apposuerit turbe.
 Et habebant pisciculos paucos.
 & ipsos benedixit et iussit appo-
 ni. Et manducauerit: & satu-
 rati sunt. & sustulerit qd su-
 perauerat de fragmentis: septem
 sportas. Erant autem qui man-
 ducauerunt quasi quatuor mi-
 lia: et dimisit eos. **E**t sta-
 tim ascendens in nauim cum
 discipulis suis: uenit in partes
 dalmanutha. Et exierit phari-
 sei et cepunt conquirere eum
 eo: quereutes ab illo signum de
 celo. temptantes eum. Et inge-
 muscens spiritu ait. Quid genera-

of
 of
 lv

of
 of
 ely

of
 of
 of
 lv

of
 of
 of
 lv

of
 of
 of
 lv

tio ista querit signum. Amen dico
 uobis: si dabitur generationi is-
 ti signum. Et dimittens eos ascen-
 dit iterum nauem: & abiit trans
 fretum. Et obliti sunt sumere
 panes: & nisi unum panem non ha-
 bebant secum in naui. **E**t pre-
 cepiebat eis dicens. Videte caute
 a fermento pharisae: & fer-
 mento herodis. **E**t cogita-
 bant ad alterutrum dicentes: quia
 panes non habemus. Quo cognito
 ihu: ait illis. Quid cogitatis quia
 panes non habetis. Non dum cognos-
 citis nec intelligitis. Adhuc ce-
 catum habetis cor in uobis: oculos
 habentes non uidetis. et aures ha-
 bentes non auditis: nec recor-
 damini quando quinque panes
 fregi in quinque milia hominum:
 et quod cofinos fragmentorum pleno
 sustulistis. Dicunt ei. Duodecim.
 Quando & septem panes in qua-
 tuor milia: quod sportas frag-
 mentorum tulistis. Et dicunt ei.
 Septem. Et dicebat eis. Quomodo
 non intelligitis. **E**t uenit
 bethsaida: & adducunt ei cecum.
 et rogabant eum ut illum tangere.
 Et apprehensa manu cecum. educe-
 rit eum extra uicium: & respiciens

in oculos eius. impositis manib;
 suis. interrogauit eum si aliquid
 uideret. Et aspiciens ait. Video
 homines uelut arbores ambulā
 tes. Deinde iterū imposuit ma
 nus sup oculos eius: & cepit ui
 dere. Et restitutus est ita ut uide
 ret clare omnia: & misit illum in
 domū suam. dicens. Vade in do
 mum tuā: & si inuicem introi
 eris. nemini dixeris. **E**t egres
 sus est ihc & discipuli eius in cas
 tella cesaree phylippi: et in uia
 interrogabat discipulos suos
 dicens eis. Quem me esse dicūt
 homines. Qui responderūt illi
 dicentes. Iohannē baptistam.
 alij helyam: alij uero quasi unū
 de pphetis. Tunc dicit illis. Vos
 uero quem me esse dicitis?
Respondens petrus. ait ei. Tu
 es xpc. Et comminatus est eis:
 ne cui dicerent de illo. Et cepit
 docere illos. qm̄ oportet filium
 hominis multa pati. et repba
 ri a seniorib; & a summis sacer
 dotib; et scribis. & occidi. et post
 tres dies resurgere: et palam
 uerbu loquebatur. **E**t appre
 hendens eum petrus: cepit in
 crepare eum. Qui conuersus

lxxv
 lxxvi
 lxxvii
 lxxviii

lxxviii
 lxxviiii
 lxxv

lxxviii
 lxxviiii

lxxv
 lxxvi
 lxxvii

lxxviii
 lxxviiii
 lxxv

lxxviii
 lxxviiii
 lxxv

& uidens discipulos suos: commi
 natus est petro dicens. Vade retro
 me sathanas: qm̄ non sapiſ ea que
 dī sunt. ſ; que hominū. **E**t con
 uocata turba cum discipulis suis:
 dixit eis. Si quis uult me sequi.
 deneget semetipm̄: & tollat cru
 cem suam et sequatur me. Qui
 enim uoluerit animā suam sal
 uam facere: pdet eam. Qui autē
 pdiderit animā suam ppter me
 & euglm̄: saluam eā faciet. Quid
 enim pdert homini si lucretur
 mundū totum: & detrimentum
 faciat anime sue. Aut quid da
 bit homo cōmutationis parua
 sua. **Q**ui enim me cōfessus
 fuerit. & mea uerba in generatio
 ne ista adultera et peccatrice: & fi
 lius hominis confundet eū cum
 uenerit in glā patris sui cum an
 gelis sanctis. **E**t dicebat illi.
Amen dico uobis: quia sunt qdā
 de hic stantib; qui n̄ gustabunt
 mortē donec uideant regnum
 di ueniens in uirtute. Et post
 sex dies assumit petrū & iacobū
 et iohannē: & ducit illos in mon
 tem excelsum secretū solus: & tās
 figuratus est coram ipsis. Et
 uestimta eius facta sūt splenden

tia et candida nimis sicut nix:
 qualia fullo sup̄ terram ñ potest
 candida facere. Et apparuit illis
 helyas cum moysse: & erant lo-
 quentes cum ihu. Et respondes
 petrus: ait ihu. Rabbi bonũ est
 esse nos hic: et faciamus hic ta-
 bernacula. Tibi unũ: moysi
 unum: et helye unũ. Non enĩ
 sciebat quid diceret. Erant enĩ
 pre timore exterriti. Et facta
 est nubes obumbrans eos: et
 uenit uox de nube dicens. Hic
 est filius meus carissimus: au-
 dite illum. Et statim circum-
 spicientes: neminẽ amplius
 uiderunt. nisi ihm tantũ secũ.
 & descendit illis de mon-
 te: precepit illis ne cui queui-
 disse narrarent: nisi cũ fi-
 lius hominis a mortuis resur-
 rexit. Et uerbu conti-
 nuerunt apud se: conquiren-
 tes quid esset. cum a mortuis
 resurrexit. Et interrogab-
 ant eum dicentes. Quid ex-
 go dicunt pharisei & scribe:
 quia oporteat helyam p̄mum
 uenire. Qui respondens ait
 illis. Helyas cũ uenerit: p̄mo
 restituet omnia. Et quomodo

septimum est in filiũ hominis: ut
 multa patiatur & contempnat̄.
 Sed dico uobis quia & helyas ue-
 nit. et fecerunt illi quicũq; uo-
 luerunt: sicut septimum est de eo.
Et ueniens ad discipulos su-
 os. uidit turba magnam circa
 eos: et scribas conquientes cũ
 illis. Et confestim omnis populus
 uidentis ihm stupefactus est. &
 expauerunt: et accurrentes
 salutabant eũ. Et interrogauit
 eos. Quid inter uos conquiri-
 tis. **E**t respondens unus
 de turba. dixit. Magister. attu-
 li filiũ meum ad te. habentẽ
 sp̄m mutum. Qui ubicumq;
 eum apprehendit. allidit eum.
 et spumat. & stridet dentib; &
 arefcit. Et dixi discipulis tuis
 ut eicerent illum: & ñ potuerũt.
 Qui respondens eis dixit. O
 generatio incredula. quãdiu
 apud uos ero: quãdiu uos pati-
 ar. Afferte illum ad me. Et at-
 tulerunt eum. Et cum uidisset
 illum: statim sp̄e conturbauit
 eum. & elisus in terra: uoluta-
 batur spumans. Et interrogauit
 patrem et. Quantũ tempore ẽ
 ex quo hoc ei accidit. At ille

lxxxv
 &
 sol

lxxxvii
 &
 lxxxviii
 &
 lxxxviiii

lxxxviii
 &
 sol

lxxxviiii
 &
 lxxxviiii

ant. Ab infantia. Et frequenter.
 eum in igne & in aqua misit: ut
 eum perderet. **S**i quid potes adiu
 ua nos: miseratus uiri. Ihesus aut
 ait illi. Si potes credere: omnia
 possibilia credenti. Et continuo
 exclamans pater pueri cum la
 crimis: aiebat. Credo dñe: adiu
 ua incredulitatē meam. Et cū
 uideret ih̄c concurrentē turba:
 comminatus est sp̄it̄i inmundō.
 dicens illi. Surde & mute
 sp̄e. ego tibi precipio exi ab eo:
 & amplius ne introcas in eum.
 & clamans et multū discerpēs
 eum: exiit ab eo. Et factus est
 sicut mortuus: ita ut multi
 dicerent. quia mortuus ē. Ihesus
 autē tenens manum ei' eleua
 uit eum: & surrexit. **E**t cū
 introisset in domū: discipuli
 eius secreto interrogabant eum.
 Quare nos n̄ potuimus eicere
 eum? Et dixit eis. Hoc genus i
 nullo potest exire: nisi in ora
 tione & ieiunio.

Et inde p̄fecti. pretergre
 diebantur galileā: nec uo
 lebant quēquam scire. Docebat
 autē discipulos suos. & dicebat
 illis: qm̄ filius hominis trade

tur in manus hominū. & occidet
 eum: et occisus tertia die resurget.
 At illi ignorabant uerbu: & time
 bant eum interrogare. **E**t ue
 nerunt capharnaum. Qui cum
 domi essent: interrogabat eos. Quid
 in uia tractabatis? At illi tacebat.

Si quidē inter se in uia disputa
 uerant: quis esset illoꝝ maior. Et
 residens uocauit duodecim: et
 ait illis. **S**i quis uult primus
 esse: erit omnium nouissimus. &
 omnium minister. Et accipiens
 puerum: statuit eū in medio eoz.
 Quem cū complexus esset: ait illis.
 Quisquis unū ex huiusmodi pu
 eris recepit in nomine meo: me
 recipit. **E**t quicumq; me sus
 cepit: non me suscepit: s; eum
 qui me misit. Respondit illi ioh̄es
 dicens. **M**agister uidemꝰ quen
 dam in nomine tuo eicitentē de
 monia. qui n̄ sequitur nos: & p
 hibuius eū. Ihesus autē ait. Nolite
 phibere eum. Nemo est enim qui
 faciat uirtutē: & possit cito ma
 le loqui de me. Qui enim non est
 aduersum uos: puobis est.

Quisquis enim potū dederit
 uobis calicē aque in nomine meo.
 quia xpi estis: amen dico uob. n̄

97
 acxii
 x
 sol.

98
 acxiii
 ii
 clxxvi
 ei

99
 acxiiii
 x
 sol.

100
 acxv
 ii
 clxxviii
 cii

101
 acxvi
 i
 acxvii
 lv
 ex. xl.

102
 acxviii
 viii
 ciii

103
 acxviii
 vi
 c.

perdet mercedē suam. **E**t q̄sq̄s scandalizauerit unū ex his pusillif credentib; in me: bonum est ei magis si circumdaret mola asinaria collo eius. & in mare mitteret.

Et si scandalizauerit te manus tua: abscide illam. Bonū est tibi debilem introire in uitam: quā duas manus habentē ire in gehennam in ignē inextinguibile: ubi uermes eorū non moriuntur. & ignis non extinguit. Et si pes tuus te scandalizat: amputa illū. Bonum ē tibi claudū introire in uitam eternā: quam duos pedes habentē mitti in gehennam ignis inextinguibilis: ubi uermes eorū non moriuntur. & ignis n̄ extinguitur. Ad si oculus tuus scandalizat te: eice eum. Bonum ē tibi b̄scū introire in regnū dei: quam duos oculos ^{habente} mitti in gehennam ignis: ubi uermes eorū nō moriuntur. & ignis nō extinguit. Omnis enim igne salietur: et omnis uictima salietur. **B**onū est sal. Quod si sal in sulcū fuerit: in quo illud condictis: Ha- bere sal in uobis: & pacem habete inter uos. **E**t inde exurgens uenit in fines iudae ultra

iordanem: & conueniunt iterū turbe ad eum: & sicut consueuerat tūm docebat eos. Et accedentes pharisei: interrogabant eum. Si licet uiro uxore dimittere? **T**emptantes eum. At ille respondens: dixit eis. Quid uobis precepit moyses? Qui dixerunt. Moyses permisit libellū repudiij scribere: & dimittere. Quib; respondens ih̄c ait. Ad duriciā cordis ur̄i scripsit uobis p̄ceptum istud. Ab initio autem creature: masculū & feminam fecit eos d̄s. P̄pter hoc relinquet homo patrem et matrem. & adheret ad uxore suam: et erūt duo in carne una. Itaq; iam nō sunt duo: s; una caro. Ad ergo d̄s iunxit: homo n̄ separet. **E**t in domo iterum discipuli eius i- terrogauerūt eum. & dicit illis. **Q**uicumq; dimiserit uxore suam. & aliam duxerit: cōmittit adulterium sup̄ eam. Et si uxor dimiserit uirū suum. & alij nupsierit: mechatur. **E**t offerrebant illi paruulos: ut tangeret eos. Discipuli autē. conuincantur offerentib;: Quos cuiq; uideret ih̄c indignē tulit: & ait illis. Sinite paruulos uenire ad

xxviii
11
clxxxviii
cxcvii

xxviii
11
clxxxviii
cxcvii

et
sol

clxxxviii
cxcvii
sol

clxxxviii
cxcvii
sol

clxxxviii
cxcvii
sol

clxxxviii
cxcvii
sol

clxxxviii
cxcvii
sol

me et ne phibueris eos: talium enim ē regnum dī. Amen dico uobis: quisquis n̄ recepit regnū dei uelut paruulus. non intrabit in illud. Et complexant eos. et imponens manus sup illos. benedicebat eos. **E**t cum egres-
sus esset in uia: p̄current quidā genu flexo ante eum. rogabat eū. Magister bone: quid faciam. ut uitam eternā p̄cipiam? Ihesus autē dixit ei. Quid me dicis bonum? Nemo bonus: nisi unus d̄s. Precepta nosti. Ne adultereris. ne occidas. ne fureris. ne falsum testimonium dixeris. ne fraudē feceris: honora patrem tuum & matrem. At ille respondens. ait illi. Magister: hec omnia obseruaui a iuuentute mea. Ihesus autē intuens eū. dilexit eum: & dixit illi. Num t̄ deest. Hade quē q̄ habes uende & da paup̄ibus. et habebis thesaurū in celo: & ueni sequere me. **Q**ui contritatus in uerbo. abiit merens: erat enim habens multas possessiones. Et circumspiciens ihesus. ait discipulis suis. Quam difficile qui pecunias habent: in regnum dī introibunt. Discipuli

autē obstupescabant in uerbis eius. At ihesus rursus respondens. ait illis. filioli quam difficile est confidentes in pecuniis. in regnū dei introire. Facilius est camelū p̄ foramen ac' transire: quam diuitē intrare in regnum dī. Qui magis ammira-
bantur: dicentes ad semetipsos. Et quis potest saluus fieri? Et intuens illos ihesus. ait. Apud homines i-
possibile est: s̄ non apud d̄m. Omnia enim possibilia sunt apud d̄m. Et cepit petrus dicere ei. **E**cce nos dimisimus omnia: & secuti sumus te. Respondens ihesus. ait. Amen dico uobis: nemo est qui reliquerit domū aut fratres. aut sorores. aut patrem. aut matrem. aut filios aut agros. p̄pter me & p̄pter euangl̄m: qui n̄ accipiat centies tantū in uicem in tempore hoc. domos. & fr̄s. & sorores. & mats. & filios. & agros. cū p̄secutionib: & in futuro seculo uitam eternam. **M**ulti autē erunt p̄mi nouissimi: & nouissimi p̄mi. **E**rant autē in uia ascenden-
tes in iherosolimā: et p̄cedebat illos ihesus. Et stupebant: & sequentes timebant. **R**assumens itum duodecim. cepit illis dicere que

cyll
-11-
cxviii
lv
ccxxvii
cxviii

cyll
-11-
cxviii
lv
ccxxvii
cxviii

cyll
-11-
cxviii
lv
ccxxvii
cxviii

cxll
-11-
cxviii
lv
ccxxvii
cxviii

cxll
-11-
cxviii
lv
ccxxvii
cxviii

cxll
-11-
cxviii
lv
ccxxvii
cxviii

Marev

illi essent euentura: quia ecce as-
 cendimus iherosolimā. et filius
 hominis tradetur principib; sa-
 cerdotum & scribis et senioribus:
 et dampnabunt eū morte. Et
 tradent eū gentib; & illudent ei:
 & conspuent eū. et flagellabunt
 eum. & interficient eū: et tercia
 die resurget. **E**t accedunt
 ad eum iacob; & iohannes filij
 zebedei dicentes. Magister. uolu-
 mus ut quodcumq; petierim;
 facias nobis. At ille dixit eis. Quid
 uultis ut faciam uobis? Et di-
 xerunt. Da nobis ut unus ad
 dextera tuam. & alius ad sinis-
 tram tuam sedeamus in gloria
 tua. Ille autē ait eis. Nescitis quod
 petatis. Potestis bibere calicem
 quē ego bibo? aut baptismo quod
 ego baptizor baptizari? At illi
 dixerunt ei. Possim? Ille autē
 ait eis. Calicem quidē quē ego
 bibo bibetis. & baptismo quod ego
 baptizor baptizabimini: se-
 dere autē ad dextera meā uel
 ad sinistra non est meū dare
 uobis: sed quib; paratum est.

Et audientes decem: cepit
 indignari de iacobo et iohane:
 Ille autem conuocans eos: ait

illis. Scitis quia hi qui uidentur
 principari gentib; dominantur
 eis? & principes eorū potestatem
 habent ipsorū. Non ita est autē
 in uobis: si quicumq; uoluerit
 fieri maior. erit uir minister:
 Et quicumq; uoluerit in uob
 primus esse: erit omnium seruus.

Mam et filius hominis nō ue-
 nit ut ministretur ei: sed ut mi-
 nistraret. et dare animā suā
 redemptionē pro multis. **E**t
 uenunt iherico. Et proficiscē-
 te eo de ihericho. & discipulis eius
 & plurima multitudo: filius
 tymei barthymeus cecus sede-
 bat secus uiam mendicans:
 Qui eū audisset quia ihesusa-
 renus est: cepit clamare. & dice-
 re. Ihu fili dauid: miserere mei.
 Et comminabantur ei multi
 ut taceret. At ille multo ma-
 gis clamabat: fili dauid mi-
 serere mei. Et stans ihesus: uisit
 illum uocari. & uocant ceteri:
 dicentes ei. Animē quior esto:
 surge uocat te. Qui procto ue-
 timento suo: exiens uenit
 ad eum. Et respondens ihesus:
 dixit illi. Quid uis tibi faciam?
 Cecus autē dixit ei. Rabbi:

l. 9. 4. 9. 9.
 1111.
 cccii.
 xxi. 7c
 xxxv.
 11.
 ccv.
 lxxviii.

l. 9. 4. 9. 9.
 1111.
 cccii.
 xxi. 7c
 xxxv.

l. 9. 4. 9. 9.
 1111.
 cccii.
 xxi. 7c
 xxxv.

ut uideam. **I**he autem dixit ei.
Vade fides tua te saluum facit.
Et confestim uixit: & sequebat^r

Secum in uia. **XI.**
Et cum appropinquarent
iherosolimę & bethanie ad
montem oliuarii: mittit duas
ex discipulis suis: & ait illis. **I**te
in castellum quod est contra uos:
& statim introcuntes illuc iue-
nietis ^{pullum} ligatum: super quem nemo
adhuc hominum sedit. Soluite
illum: & adducite. Et si quis uo-
bis dixerit quid facitis: dicite
quia domino necessarius est: et co-
tinuo dimittet illum huc. **E**t
abeyntes inuenerunt pullum li-
gatum ante ianua[m] fixis in bi-
mo: et soluunt eum. **Q**uidam
de illic stantibus: dicebant illis.
Quid facitis soluentes pullum?
Qui dixerunt eis sicut preceperat il-
lis ihesus: & dimiserunt eis. **E**t du-
xerunt pullum ad iherosolimam: & impo-
nunt illi uestimenta sua: et se-
dit super eum. **M**ulti autem: stra-
uerunt uestimenta sua in uia.
Alij autem frondes cedebant
de arboribus: & sternebant in uia.
Et qui preibant & qui seque-
bantur: clamabant dicentes.

Osanna benedictus qui uenit in
nomine domini: benedictum quod ue-
nit regnum patris nostri dauid.
osanna in excelsis. **E**t introi-
uit iherosolimam in templum: et
circumspectis omnibus: cum iam ues-
pera esset hora: erit in bethania
cum duodecim. **E**t alia die cum eri-
ret abethania: ^{ficum} **E**t cum ui-
disset alonget ^{ficum} habentem folia: ue-
nit si quid forte inueniret in ea.
Qum uenisset ad eam: nichil inue-
nit preter folia. **N**on enim erat
tempus ficarum. **E**t respondens dixit
ei. **I**am si amplius in eternum quod
quam fructum ex te manducet.
Et audiebant discipuli ei. **E**t
ueniunt iherosolimam. **E**t cum in-
troisset templum: cepit eicere uen-
dentes & ementes in templo: et
mensas numulariorum: & cathedras
uendendum columbas euerit. **Q**um
non sinebat ut quisquam transfer-
ret uas per templum: et docebat di-
cens eis. **N**onne scriptum est quia
domus mea domus orationis uo-
cabitur omnibus gentibus: Vos au-
tem fecistis illam speluncam latrum.
Quo audito principes sacer-
dotum & scribe querebant quomodo
eum perderent. **T**imebant enim eum:

cxvii
11
ccvii
lv
ccxxxii

cxviii
11
ccviii
lv
ccxxxiii

cxviiii
11
ccviii
lv
ccxxxiii
jo
c

cxvii
11
ccvii

cxviii
11
ccviii
lv
ccxxxiii
jo

cxviiii
11
ccviii
lv
ccxxxiii
jo
leev

qm̄ uniuersa turba ammiraba-
tur sup̄ doctrina eius. **E**t cuius
uespa facta esset: egrediebatur
de ciuitate. Et cum mane tran-
sirent: uiderunt ficū aridam
factam aradiab. Et recordat̄
petrus. dixit ei. Rabbi. ecce ficus
cui maledixisti aruit. **E**t re-
spondens ihs: ait illis. Habete
fidem dī. Amen dico uobis: quā-
quicumq; dixerit huic monti.
tollere & mittere in mare: et nō
hesitauerit in corde suo: s; cre-
diderit quia q̄d cumq; dixerit
fiat: fiet ei. Propterea dico uobi.

Omnia quecumq; orantes
petitis. credite quia accipietis:
& euenient uobis. **E**t cū sta-
bitis adorandū: dimitte si
quid habetis aduersus aliquem:
ut & pater ur̄ qui in celis ē. di-
mittat uobis peccata uestra.
Quod si uos nō dimiseritis: nec
pater uester qui in celis est di-
mittet uobis peccata uestra.

Et ueniunt rursus iheroso-
lymam. Et cū ambularet
in templo: accedunt ad eū
summi sacerdotes: & scribe: et
seniores. et dicunt ei. In qua
potestate hec facis? & q̄s dedit

tibi hanc potestatem ut ista facias?
Ihs autem respondens: ait illis.
Interrogabo uos & ego uerbum
unum. respondete m̄: et dicam
uobis in qua potestate hec faciā.
Baptisinū iohannis de celo erat:
an ex hominib;? Respondete m̄.
At illi cogitabant secum dicen-
tes. Si dixerimus de celo: dicit.
Quare ergo nō credidistis ei? Si
dixerimus ex hominib;: time-
mus pplm̄. Omnes enī habebat
iohannē: quia uere p̄pheta esset.
Et respondentes: dixerūt ihesu.
Nescimus. Et respondens ihs:
ait illis. Neq; ego dico uobis: i
qua potestate hec faciam. **E**t
cepit illis in parabolis loqui.

Sineam pastinauit homo. et
circumdegit sepe. et fodit la-
cum. & edificauit turrum. et
locauit eam agricolis: & pere-
gre p̄fectus est. Et misit ad ag-
colas seruum intempore: ut ab
agricolis acciperet de fructu ui-
ner. Qui apprehensum eū cicide-
runt: & dimiserunt uacuum.
Et iterum misit ad illos alium
seruū: & illum in capite uul-
nerauerūt. et contumelias affe-
cerunt. Et rursum alium misit.

cxviii
sol.

cxviii
vi
ccv

cxv
111
ccvii
lo el. ye
xxviii

cxvii
vi
cliiii

cxviii
11
ccviii
ly ccvii

xv

cxvii
11
ccvii
lo el

& illum occiderunt: & plures alios quosdam cedentes: alios uero occidentes. Adhuc ergo uñ habes filiū carissimū: & misit illū ad eos nouissimū dicens: quia reuerbuntur filiū meum. Coloni autem dixerunt adinuicē. Hic est heres: uenite occidamus eum. et nra erit hereditas. Et apprehendentes eū occiderunt: & eiecerunt extra uineam. Ad ergo faciet dñs iunex. Veniet et pdet colonos: & dabit uineā alijs. Nec septuram hanc legis. lapidem quē repbauerunt edificantes. hic factus est incipit anguli: a dño factum est istud. & est mirabile in oculis nr̄is. **E**t querebant eum tenere: & timuerūt turbam: cognouerūt enim quoniā adeos parabolam hanc dixerit: et relicto eo abierunt. **E**t mittunt ad eum quosdā ex phariseis & herodianis: ut eū capent in uerbo. Qui uenientes: dicūt ei. Magister scimus quia uerax es: & non curas quemquā. Hec enim uidet in faciem hominū: s; in ueritate uiam dñi docet. Licet dari tbitum cesari: an n̄

dabimus. Qui sciens ueritū ex: ait illis. Quid me temptatis. Afferte m̄ denarium: ut uideā. At illi optulerunt ei. & ait illis. Sur est imago hec & inscriptio. Dicit ei. Cesaris. Respondens autem ihs: dixit illis. Reddite ergo que sunt cesaris cesari: & que sunt dei deo. Et mirabantur sup eo. **E**t uenerunt saducei ad eum qui dicunt resurrectionē non esse: & interrogabant eum dicentes. Magister: moyses nobis sc̄psit. ut si cui fr̄at mortuus fuerit & dimiserit uxorem et filios n̄ reliquerit: accipiat frater eius uxorem ipsius: et resuscitet semen fr̄i suo. Septē ergo fratres erant: & primus accepit uxorem: et mortuus est n̄ relicto semine. Et secūs accepit & mortuus est: et nec iste reliquit sem̄. & tertius similiter. Et accipiunt eam similiter septem: et n̄ reliquerunt semen. Nouissima omnū: defuncta est & mulier. In resurrectione ergo cū resurrexerit: cuius de his erit uxor. Septem enī habuerunt eā uxorem. Et respondens ihs: ait illis. Nonne idō erratis non scientes septuram: neque uirtutem dñi. Cum enī a mortu-

cxxviii
 cxxv
 ccxlii
 lxxviii

cxxviii
 cxxviii
 ccxlii
 ccxlii

is resurrexerit neq; nubent neq;
 nubentur: s; sunt sicut angeli
 celis. De moxius autem qd resur-
 gant. n̄ legitis in libro moyli su-
 per rubum. q̄modo dixerit illi
 d̄s inquit. ego sum d̄s abraha.
 ⁊ d̄s ysaac. et deus iacob. Non
 est d̄s mortuor: s; uiuor. Hos ergo
 multum eratis. **E**t accessit
 unus de scribis. qui audierat il-
 los conquirentes. ⁊ uident qm̄
 bene illis responderit. interroga-
 uit eum qd esset p̄mū omniuor
 mandatu. **I**he autem respondit
 ei: quia p̄mum omniu mandatu
 est. Audi isrl̄. d̄ns deus n̄r
 d̄s unus est. ⁊ diliges d̄nm tuū
 ex toto corde tuo. et ex tota ani-
 ma tua. et ex tota mente tua.
 et ex tota uirtute tua. Hoc est
 p̄mum mandatu. Sedim autē.
 simile est illi. Diliges p̄ximū tu-
 um: tanquam te ipsū. **M**aius
 hoc: aliud mandatu non est.
Et ait illi scriba. Bene magister
 in ueritate dixisti: quia unus
 est. ⁊ n̄ est alius preter eum. Et
 ut diligatur ex toto corde. ⁊ ex to-
 to intellectu. ⁊ ex tota anima.
 et ex tota fecitidine. ⁊ diligē
 p̄ximū tanquā se ipsum: mai

omnib; holocaustomatib; est et
 sacrificijs. **I**he autem uident qd
 sapienter respondisset: dixit illi.
 Non est longe a regno dei. **E**t ne-
 mo iam audebat eū interrogare.
Et respondens ihe: dicebat
 docens in templo. Quom̄
 dicunt scribe. xp̄m filium esse.
 dauid. **I**psē enim dauid: dicit
 in sp̄u sancto. Dixit d̄ns d̄no meo.
 sede a dextris meis: donec ponā
 in inimicos tuos scabellū pedum
 tuor. **I**psē ergo dauid dicit eum
 d̄nm: ⁊ unde est filius eius. ⁊
 multa turba eum libenter au-
 diunt. **E**t dicebat eis in doc-
 trina sua. **C**auete a scribis q̄uo-
 lunt in stolis ambulare. et salu-
 tari in foro. et in p̄mis cathedris
 sedere in synagogis: ⁊ primos
 discubitus in cenis. **Q**ui de-
 uorant domos uiduarū. sub
 obtentu plixorationis: hy ac-
 cipient p̄lixius iudiciū. **E**t
 sedens ihe contra gazophilaciū:
 aspicebat quom̄ turba iactaret
 et in gazophilaciū. **E**t multi di-
 uites: iactabant multa. **C**um
 uenisset autē una uidua paup:
 misit duo minuta qd est qua-
 drans. ⁊ conuocans discipulos

ccxcv
 ccxcvi
 ccxcvii
 ccxcviii
 ccxcviiii

ccxcv
 ccxcvii
 ccxcviii
 ccxcviiii

ccxcv
 ccxcviii

ccxcv
 ccxcviii

ccxcv
 ccxcviii

suos: ait illis. Amen dico uob: quoniam
 uictoria hec pauperibus omnibus; mi-
 sit qui miserunt in gazophilaciis.
 Omnes enim: ex eo quod habunda-
 bat illis miserunt. Hec uero de penu-
 ria sua omnia que habuit misit.
XII totum uictum suum. **E**t cum e-
 grederetur de templo: ait illi u-
 nus ex discipulis suis. Magister.
 aspice quales lapides & quales struc-
 ture. Et respondens ihesus: ait illi.
 Vides has omnes magnas edifi-
 cationes? Non relinquet lapis
 super lapidem: qui non destruatur.
Et cum sederet in monte
 oliuarii contra templum:
 interrogabant eum separatim pe-
 trus & iacobus et iohannes & an-
 dreas. Dic nobis quando ista fi-
 ent: & quod signum erit quan-
 do hec omnia incipient consumi.
 Et respondens ihesus: cepit
 dicere illis. Videte ne quis uos
 seducat. Multi enim ueniunt
 in nomine meo dicentes quia
 ego sum: & multos seducunt. Cum
 audieritis autem bella & opinio-
 nes bellicorum: ne timueritis. Opor-
 tet enim fieri: sed non dum finis.
 Exurret autem gens super gentem.
 & regnum super regnum: & erunt

terre motus pro loca: et fames: in initium
 dolorem hec. **V**idete autem uos
 met ipsos. Tradent enim uos in con-
 silium: & in synagogis uapulabitis.
 Et ante presides & reges stabitis pro-
 pter me: in testimonium illis. **E**t in
 omnes gentes: primum oportet pre-
 dicari euangelium. **E**t cum dixerint
 uos tradentes: nolite precogitare
 quid loquamini: sed quod datum fue-
 rit in illa hora: id loquamini. Non
 enim estis uos loquentes: sed spiritus
 sanctus. Tradet autem fratres fratres in
 mortem: et patres filios: & insur-
 gent filii in parentes: et morte af-
 ficient eos. & eritis odio omnibus:
 propter nomen meum. Qui autem sus-
 tinuerit in finem: hic saluus erit.
Cum autem uideritis abhominati-
 onem desolationis ^{stans}: ubi non debet:
 qui legit intelligat. **T**unc qui
 in iudea sunt fugiant in montes:
 & qui supra tectum: ne descendat
 in domum nec introeat ut tollat
 quid de domo sua. Et qui in agro
 erit: ne reuertatur retro tollere
 uestimentum suum. **V**e autem
 pregnantibus: & nutriendibus: in illis
 diebus. **O**rate uero: ut hieme non
 fiant. **E**runt enim dies illi
 tribulationes tales: quales non

XII

r
 s
 t
 u
 v
 xxxviii
 .ii.
 cclii
 xxxvii
 cclviii

r
 s
 t
 u
 v
 xxxviii
 .ii.
 cclii
 xxxvii
 cclviii

r
 s
 t
 u
 v
 xxxviii
 .ii.
 cclii
 xxxvii
 cclviii

 r
 s
 t
 u
 v
 xxxviii
 .ii.
 cclii
 xxxvii
 cclviii

 r
 s
 t
 u
 v
 xxxviii
 .ii.
 cclii
 xxxvii
 cclviii

 r
 s
 t
 u
 v
 xxxviii
 .ii.
 cclii
 xxxvii
 cclviii

 r
 s
 t
 u
 v
 xxxviii
 .ii.
 cclii
 xxxvii
 cclviii

fuerunt ab initio creature quā
condidit d's usq; nunc: neq; fiet.

Et nisi breuissset dñs dies
illos. n̄ fuisset salua omnis ca
ro: s; ppter electos quos elegit bre
uauit dies.

Et tunc si quis
uobis dixerit. ecce hic est xpc. ee
ce illic: ne credideritis. **E**xin
gent enim pseudo xpi. & pseu
do pphety: et dabunt signa et
portenta ad seducendos si potest
fieri etiam electos. Vos ergo ui
dere: ecce dixi uobis. **S**ed

in illis dieb; post tribulationē
illam. sol contenebrabitur. et
luna non dabit splendore suū:
et stelle celi erunt decedentes:
& uirtutes que sunt in celis mo
uebuntur.

Et tunc uide
bunt filium hominis uemen
tem in nubib;: cum uirtute
multa & gloria. **E**t tunc mit
tet anglos suos. et congregab
electos suos a quatuor uentis:
a summo terre usq; ad sumū
celi. **A**ficu autem discite para
bolam. **C**um iam ramus eius
tener fuerit. & nata fuerint
folia: cognoscitis quia ppe sit
etas. **S**ic & uos cum uideritis
hec fieri: scitote qd̄ in primo

sit in ostijs. Amen dico uobis: qd̄
non transibit generatio hec do
nec omnia fiant. **C**elum & tra
transibunt: uerba autē mea n̄
transibunt. **D**e die autem
illo uel hora nemo scit: neq; an
geli in celo. neq; filius. nisi pater:

Videte & uigilate et orate: nes
citis enim quando tempus sit.

Sicut homo qui p̄gre pfect'
reliquit domū suam. & dedit
seruis ^{suis} potestate cuiusq; opis:
& ianitori p̄c̄ p̄t ut uigilet.

Vigilate ergo. nescitis enim
quando dñs domus ueniat: se
ro. an media nocte. an galli can
tu. an mane: ne cum uenerit
repente. inueniat uos dormi
entes. **Q**uod autē uobis dico.
omnib; dico: uigilate.

Erat autem pascha et
azima post biduum.
Et querebant summi
sacerdotes & scribe: quomodo
eum dolo tenerent & occiderent.

Dicebant enim. Non in die
festo: ne forte tumultus fieret
ppli. **E**t cum esset bethanie.
in domo symonis lepsi & recū
beret. uenit mulier habens ala
bstrum ungenti nardi spicati

clvii
clv

clviii
clvii
clviii

clviii
clvii
clviii

cl
clvii
clvii

cl
clviii
clviii

clv
clv
clv

clv
clv
clv

clvii
clviii
clviii

clv
clviii
clviii

clvi
clviii
clv
clviii

clvii
clviii
clviii

clviii
clviii
clviii
clviii

Ab hinc usq; ad illu
locum. Ma
ria autem
magdalene
n̄ legitur.

clviii

preciosi. Et fracto alabastro. effudit super caput eius. Erant autem quidam indigni ferentes intra se metipsos. & dicentes. Ut quid predictio ista ungenti facta est. Potuit enim ungentum istud uendari plusquam trecentis denariis. & dari pauperibus. Et fremebant in eam. Ihesus autem dixit. Sinite eam. Quid illi molesti estis. Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis uobiscum. & cum uolueritis potestis illis benefacere. Ne autem nunquam semper habetis. **Q**uod habuit hoc fecit. prouentum unguere corpus meum in sepultura. Amen dico uobis. ubicumque predictum fuerit euangelium istud in uniuerso mundo. et quod fecit hec narrabitur in memoria eius. **E**t iudas scariothes unus de duodecim abiit ad summos sacerdotes. ut perderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt. & promiserunt ei pecuniam sedaturos. Et querebat quomodo illum oportune traderet. Et primo die azimae. quando pascha immolabant. dicunt ei discipuli. Quo uis eamus & paremus tibi

clviii.
1111.
clxvii
lxviii

clx
11.
clxviii
lxviii

clxi
1111.
clxviii
clxxi.
lxvii

clxi
1.
clxxv
clxxviii
clxxii

clxi
11.
clxxvi
clxxviii

clxxii
11.
clxxviii

clxxv
1.
clxxviii
lxvii
lxvii

ut manduces pascha. **E**t mittit duos ex discipulis suis. & dicit eis. Ite in ciuitatem. et occurret uobis homo lagenam aque. **C**onulatis. **S**equimini eum. & quocumque introierit dicite domino domus. quia magister dicit. Vbi est refectio mea ubi pascha cum discipulis meis manducem. **E**t ipse uobis demonstrabit cenaculum grande stratum. et illic parate nobis. **A**biierunt discipuli eius. & uenerunt in ciuitatem. & inuenerunt sicut dixerat illis. et parauerunt pascha. **V**espere autem facto. uenit cum duodecim. **E**t discumbentibus eis. & manducantibus. ait ihesus. Amen dico uobis. quia unus ex uobis me tradet qui manducat mecum. **A**t illi ceperunt contristari. & dicere ei singillatim. Nunquid ego. **Q**ui ait illis. **U**nus ex duodecim. qui intingit mecum in catino. **E**t filius quidem hominis uadit. sic scriptum est de eo. **S**e autem homini illi pro quem filius hominis tradetur. **B**onum erat ei. si non esset natus homo ille. **E**t manducantibus illis. accepit ihesus panem. & benedicens fregit. et dedit eis. et ait. **S**umite. hoc est corpus meum.

Arce

Et accepto calice gratias agens dedit eis. & biberunt ex illo omnes. Et ait illis. Hic est sanguis meus novi testamenti qui pro multis effundetur. Amen dico vobis. quod iam non bibam de genuinis vitis. usque in diem illi cum illud bibam novum in regno dei.

Et ymno dicto. exierunt in montem oliivarum. Et ait eis ihesus. Omnes scandalizabimini in nocte hac. quia scriptum est. Percutia pastorem. & dispersent oves. Sed postea quam resurreverero: precedam vos in galileam. Petrus autem ait ei. Et si omnes scandalizati fuerint si non ego. Et ait illi ihesus. Amen dico tibi. quia tu hodie in nocte hac prius quam bis gallus uocem dederit. ter me es negaturus. Et ille amplius loquebatur. Et si oportuerit me simul commoueri tibi. non te negabo.

Similiter autem & omnes dicebant. Et ueniunt in preteritum cui nomen gethsemani. & ait discipulis suis. Sedete hic. donec orem. Et assumptum petrum & iacobum et iohannem secum. & cepit pauere & te-

dere. Et ait illis. Tristis est anima mea usque ad mortem. Sustinete hic. & uigilate. Et cum processisset paululum. cadit super terram & orabat ut si fieri posset. transiret ab eo hora. Et dixit. Abba pater. omnia tibi possibile sunt. transfer calicem hunc a me. Sed non quod ego uolo. si quod tu. Et uenit. inuenit eos dormientes. Et ait petro. Symon dormis? Non potuisti una hora uigilare? Vigilate & orate. ut non intretis in temptationem. Spiritus quidem promptus est. caro uero infirma. Et iterum abiens. orauit eundem sermonem dicens. Et reuersus denuo. inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. et ignorabant quid responderent ei. Et uenit tertio. et ait illis. Dormite iam. & requiescite. Sufficit. Venit hora. ecce tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce qui me tradet prope est. Et adhuc colloquente uenit iudas scarioth unus de duodecim. et cum illo turba multa cum gladys & lignis.

clxxvi
clxxvii
clxxviii
clxxviiii

clxxvii
clxxviii

clxxviii
clxxviiii
clxxviiii

clxxviii
clxxviiii

clxxviii
clxxviiii
clxxviiii

clxxviii
clxxviiii

clxxviii
clxxviiii

clxxviii
clxxviiii

clxxviii
clxxviiii

clxxviii
clxxviiii
clxxviiii

clxxviii
clxxviiii
clxxviiii

clxxviii
clxxviiii
clxxviiii

clxxviii
clxxviiii
clxxviiii

clxxviii
clxxviiii
clxxviiii

clxxviii
clxxviiii
clxxviiii

clxxviii
clxxviiii
clxxviiii

clxxviii
clxxviiii
clxxviiii

a summis sacerdotibus & scribis.

et asentoribus. **O**derat autem traditor eius signum eis dicens. Quicumque osculatus fuero ipse est. tenere eum & ducite eum. & cum uenisset. statim accedens ad eum ait. Rabbi. Et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in eum. et tenuerunt eum.

Vnus autem de circumstantibus educens gladium percussit seruum summi sacerdotis. & amputauit illi auriculam. Et respondens ihesus ait illis. Tanquam ad latronem existis cum gladiis et lignis comprehendere me. Cotidie eram apud uos in templo docens. & non me tenuistis. **S**icut adimpleantur scripture.

Tunc discipuli omnes relinquentes eum fugerunt. **A**dolens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo. & tenuerunt eum. At ille reiecta sindone nudus profugit ab eis. **E**t adduxerunt ihesum ad summum sacerdotem. & conuenerunt omnes sacerdotes et scribe et seniores. **P**etrus autem a longe secutus est eum. usque in atrium summi sacerdotis.

Et sedebat cum ministris. & calefaciebat se ad ignem. **S**ummi uero sacerdotes & omne concilium querebant aduersus ihesum testimoniu. ut eum morti traderent. nec inueniebant. **O**ulti enim testimonium falsum dicebant aduersus eum. et conuenientia testimonia non erant.

Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant aduersus eum. dicentes. quoniam nos audiuimus eum dicentem. Ego dissoluam templum hoc manu factum. & per triiduum aliud non manu factum edificabo. **Q**uia non erat conueniens testimonium illorum. **E**t exsurgens summus sacerdos in medio. interrogauit ihesum dicens. Non respondes quicquam ad ea que tibi obiciuntur ab his. **I**lle autem tacebat. & nichil respondit. **R**ursum summus sacerdos interrogabat eum. & dixit ei. Tu es christus filius dei benedicti. **I**hesus autem dixit illi. Ego sum. Et uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirginitatis. & uenientem cum nubibus celi. **S**ummus autem sacerdos scindens uestimenta sua ait. Quid adhuc desideramus testes. **A**udistis blasphemiam. **Q**uid uobis uidetur. **Q**ui omnes condempnauerunt eum.

clxxxii
cccl
ccclxxvi

clxxxvii
cccl
ccclxxxviii
c lxx

clxxxviii
cccl
ccclv

clxxxvii
cccl
ccclv

clxxxvii
cccl
ccclv
ccclvii

clxxxviii
cccl
ccclvii
ccclviii

clxxxviii
cccl
ccclv

cccl
ccclvii
ccclviii

cccl
ccclv
ccclvii
ccclviii

cccl
ccclvii
ccclviii

cccl
ccclvii
ccclviii

esse reum mortis. **E**t ceperunt quidam conspuere eum. & uelare faciem eius. & colaphis eum cedere et dicere ei. Prophetiza. Et ministri alapis eum cedebant. **E**t cum esset petrus in atrio deorsu uenit una ex ancillis summi sacerdotis. Et cum uidisset petrum calefacientem se. aspiciens illum ait. & tu cum ihu nazareno eras. At ille negauit dicens. Neq; scio. neq; noui quid dicas. **E**t erit foras ante atrium. & gallus cantauit. Rursus autem cum uidisset illum ancilla. cepit dicere circumstantibus. quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum. rursus qui astabant dicebant petro. Vere ex illis es. Nam & galileus es. Ille autem cepit anathematizare & iurare. quia nescio hominem istum quem dicitis. Et statim iterum gallus cantauit. **E**t recordatus est petrus uerbi quod dixerat ei ihesuprius quam gallus cantet bis. ter me negabis. & cepit flere.

Et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes eius semetibus. & scribis et uniuerso concilio. uincientes ihm dure

ee .1.
ccc.xx
cccxi
elxxviii
cc .1.
ccc.xxv
cccxxvi
elxxvii
ccxi
ccc.xxvii
cccxxviii
cccxxix
ccc .1.
ccc.xxviii
cccxxix
elxxviii
ccc .1.
ccc.xxviii
cccxxix
elxxviii
ccv .1.
ccc.xxviii
cccxxix
elxxviii
ccv .1.
ccc.xxviii
cccxxix
elxxviii
ccv .1.
ccc.xxviii
cccxxix
elxxviii
ccv .1.
ccc.xxviii
cccxxix
elxxviii

xv.

runt & tradiderunt pilato. **E**t interrogauit eum pilatus. Tu es rex iudeor. At ille respondens ait illi. Tu dices. **E**t accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autem rursus interrogauit eum dicens. Non respondes quicquam. Vides in quantis te accusant. Ihesus autem nichil respondit ita ut miraretur pilatus. Per diem autem festum dimittere solebat illis unum ex uinctis quemcumque petissent. **E**rat autem qui dicebatur barrabas. qui cum seditionis erat uinctus. qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba. cepit rogare sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis. et dixit. Vultis dimitta uobis regem iudeor. Sciebat enim. quod pro inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. **P**ontifices autem concitauerunt turba ut magis barraban dimitteret eis. **P**ilatus autem iterum respondes ait illis. Quid ergo uultis facia regi iudeor. At illi iterum clamauerunt. Crucifige eum. Pilatus uero dicebat eis. Quid enim mali fecit. At illi magis clamabat.

ccvii
cccxviii
cccxviii
cccxvii
ccvii
cccxviii
cccxviii
cccxvii
ccviii
cccxviii
cccxviii
cccxvii
ccviii
cccxviii
cccxviii
cccxvii
ccviii
cccxviii
cccxviii
cccxvii
ccviii
cccxviii
cccxviii
cccxvii

Crucifige eum. **P**ilatus autem uolens ipso satisfacere. dimisit illis barabam. et tradidit ihesum flagellis cesum. ut crucifigeret. **M**ilites autem duxerunt eum intro in atrium pretorii. et conuocant totam cohortem. Et induunt eum purpura. et imponunt ei plectentes spineam coronam. et cepunt salutare eum. **A**ue rex iudeorum. **E**t percutiebant caput eius harundine. et conspucebant eum. **E**tponentes genua. adorabant eum. **E**t postquam illuserunt ei. exuerunt illum purpura. et induerunt illum uestimentis suis. et ducunt illum ut crucifigerent. **E**t angariauerunt pretorium quempiam symonem cyrenicum uenientem de uilla patrem alexandri et rufi. ut tolleret crucem eius. **E**t perducunt eum in golgotha locum. quod est interpretatum caluarie locus. **E**t dabant ei bibere myrratum unum. et non accepit. **E**t crucifigentes eum. diuiserunt uestimenta eius mittentes sortem super eis. quis quid tollet. **E**rat autem hora tertia. et crucifixerunt eum. **E**t erat titulus

cccxvii
cccxviii
cccxviii
cccxvii
cccxviii
cccxviii
cccxvii
cccxviii
cccxviii
cccxvii
cccxviii
cccxviii
cccxvii
cccxviii
cccxviii
cccxvii
cccxviii
cccxviii
cccxvii
cccxviii
cccxviii
cccxvii

causae eius in septuaginta. rex iudeorum. **E**t cum eo crucifigunt duos latrones. unum ad dextris. et alium a sinistris eius. **E**t adimpleta est scriptura que dicit. et cum iniquis deputatus est. **E**t pretereuntes blasphemabant eum. mouentes capita sua. et dicentes. **V**ah qui destruit templum. et in tribus diebus edificat. **S**aluum fac te metipsum descendens de cruce. **S**imilitur et summi sacerdotes iudentes ad alterutrum cum scribis dicebant. **A**lios saluos fecit. se ipsum non potest saluum facere. **X**p̄s rex iherosolymorum descendat nunc de cruce. ut uideamus et credamus. **E**t qui cum eo crucifixi erant. conuitabantur ei. **E**t facta hora sexta. tenebre facte super totam terram usque in horam nonam. **E**t hora nona exclamauit ihesus uoce magna dicens. **E**loiy. heloy. lamazababani. **Q**uod est interpretatum. **D**eus meus. deus meus. ut quid dereliquisti me. **E**t quidam de circumstantibus audientes dicebant. **E**cce helyam uocat. **C**urrit autem unus et implens spongiam aceto. circumponensque calamo. potum dabat ei dicens.

rat enim eas timor & pavor: et
nemini quequā dixerunt. **Ti**
mebant enim. Surgens autem
mane prima sablaci apparuit pri
mo marie magdalene: de qua e
iecerat septem demonia. **I**lla au
tem uadens nuntiavit his qui
cum e o erant: lugentib; & fien
tibus. **E**t illi audientes quia ui
ueret: & uisus esset ab ea: n̄ cre
diderunt. **P**ost hec autē duob;
ex eis ambulantib; ostensus est
in alia effigie: euntib; in uilla.
Et illi euntes nuntiauerūt cre
tis: nec illis crediderunt.

ccccciii
sol.

Douissime recumbentibus
illis undecim apparuit.
& exprauit increduli
tatem illorū & duriciā cordis.
quia his qui uiderant eū resur
rexisse non crediderūt. **E**t dixit
eis. **E**untes in mundum un
uersum: predicate euāgēliū om
ni creature. **Q**ui crediderit &
baptizatus fuerit: saluus erit.
Qui uero n̄ crediderit: cōdemp
nabitur. **S**igna autē eos qui
crediderunt: hec sequentur.
In nomine meo demonia eici
ent: linguis loquentur nouis:
serpentes tollent. **E**t si mōxi

ferum quid biberint: non eis no
cebit. **S**up egros manus imponet:
et bene habebunt. **E**t dñs quidē
ih̄e postquam locutus est eis: as
sumptus est in cælum: & sedet a
dextris dī. **I**lli autē pfecti predi
cauerunt ubiq;: dōmno coope
rante et sermone confirmante
sequentibus. **S**ignis *et*.

EXPLICIT.

ET UO L M

SE E V N D Ū .

MA R C Ū .

IN C I P I T .

PR O L O G I U M .

SE C Ū N D Ū .

LY C A M .

LU C A S .

syrius antiocensis
arte medicus. discipulus apłorū
postea paulum secutus usq; ad

confessionem eius. seruiens do-
 mino sine crimine. Nam neq;
 uxorem unquam habens neq; fi-
 lios. septuaginta & quatuor.
 annos obiit in bithinia. plen^{us}
 spu sancto. Qui cum iam septa
 essent eu^gta. p^r matheum qui-
 dem in iudea. p^r marcu^m autem
 in italia. sc^o instigante spiritu
 in achate partib; hoc scripsit
 eu^gta. significans etiam ipse
 in p^rncipio ante alia esse desc^r
 ta. cui extra ea que ordo eu^ga
 gelice dispositionis exposcit. ea
 maxime necessitas laboris fu-
 it. ut p^rimum grecis fidelib;
 omni p^rphetatione uenturi i
 carnem di xpi manifestata
 humanitas. ne iudaicis fabu-
 lis attendi. in solo legis desidio
 tenerent. ne ue hereticis fa-
 bulis & stultis sollicitationib;
 seducti. excederent aueritate.
 elaboraret. dehinc ut in prin-
 cipio eu^gta. iohannes natiui-
 tate presumpta. cui eu^gta
 scriberet. et in quo electus scri-
 beret indicare. contestans in
 se completa. que essent ab ali-
 is inchoata. Cui ideo post bap-
 tismum filij di ap^rfectione

L
 I
 B
 e
 R
 sc^o
 o
 a
 R
 l
 e

generationis in xpo implete.
 repetende a principio natiuita-
 tis humane potestas p^rmissa e^t
 ut requirentib; demonstraret.
 in quo apprehendens erat per
 nathan filium. in uertu recur-
 rentis in diu generationis ad
 missu. in discipulis ds p^rdicat^{us}
 in hominib; xpm suu. perfecti
 opus hominis redire in se p^rfilij
 um faceret. qui p^r dauid patre
 uementib; iter prebeat in xpo.
 Cui lux etiã non immerito
 scribendor ap^rlicor actiuu potes-
 tas in mysterio datur. ut deo
 in diu pleno. & filio p^rditionis
 extincto. oratione ab apostolis
 facta. sorte dñi electionis nu-
 merus compleret. sicq; paulo
 consumatione apostolicis acti-
 bus daret. que diu contra sti-
 mulu calcitrante dñs elegit.
 qd & legentib; ac requirentib;
 dñm et si p^r singula expectari a
 nobis utile fuerat. scientes ta-
 men qd opantem agricolam
 oporteat de fructib; suis edere.
 uitauim^{us} publicã curiositatẽ.
 ne n̄ tam uolentib; dñm uide-
 remur qm fastidientib; posse.
 Explicit prologo vs

Incipit euangelium secundum lucam.



lv . f .
sol

multi conati sunt ordinare
narrationē que in nobis com-
plete sunt rerum. sicut tradi-
derunt nobis qui ab inicio ipi
uiderunt. & ministri fuerunt
sermonis: uisum ē & michi as-
secuto a principio omnib; dili-
genter ex ordine t̄ scribere op-
time theophile: ut cognoscas
eoz uerbum de quib; eruditus
es ueritate oī .

Fuit in diebus herodis regi-
s iudee sacerdos quidam
nomine zacharias de
uice abyae: & uxor illi de filiabus
aaron: et nomen eius elysa-
beth. Erant autē iusti ambo
ante dñm: incedentes in om-
nib; mandatis & iustificatio-
nib; dñi sine querela. Et nō

erat illis filius. eo qd̄ esset elysabeth
sterilis: & ambo p̄cessissent in die-
bus suis. Factum ē autem cū sa-
cerdotio fungeretur zacharias
in ordine uicis sue ante dñm: se-
cundū consuetudinē soete erit
ut incensū poneret ingressus ē
templū domini. Et omnis mul-
tudo erat ipsi orans foris: ho-
ra incensi. Apparuit autem illi
angl̄s domini: stans a dext̄s alta-
ris incensi. Et zacharias turba-
tus est uident: & timor irruit
sup̄ eum. ait autē ad illū angl̄s.
Ne timeas zacharia. qm̄ exaudi-
ta est deprecatio tua: et uxor tua
elysabeth pariet t̄ filiū. & uoca-
bis nomen ei' iohannē. Et erit
gaudiū tibi & exultatio: & mul-
ti innatiuitate eius gaudebunt.
Erit enim magnus corā dño: &
uinū et siceram non bibet. Et
spū sancto replebitur adhuc ex-
utero mat̄s sue: & multos filioz
isrl̄ conuertet ad dñm dñm ipsoz.
Et ipse p̄cedet ante illū in spū &
uirtute helye: ut conuertat cor-
da patrum in filios. et incredu-
los ad prudentiā iustoz: parare
dño plebem p̄fectam. Et dixit
zacharias ad angl̄m. Vnde hoc

sciam: Ego enim sum senex: et uxor mea precessit indiebus suis Et respondens angelus: dixit ei.

Ego sum gabriel qui asisto ante dominum: et missus sum loqui ad te. et hec tibi euuangelizare.

Ecce eris tacens & non poteris loqui usque in diem quo hec fiat: pro quod non credidisti uerbis meis: que implebuntur in tempore suo. Et erat plebs exspectans zachariam: & mirabatur quod tardaret ipse in templo.

Egressus autem non potuit loqui ad illos: & cognouerunt quod uisione uidisset in templo.

Et ipse erat inueniens illis: et permansit mutus. Et factum est ut impleti sunt dies officij eius: abiit in domum suam.

Post hos autem dies concepit elysabeth uxor eius: & occultabat se mensibus quinq; dicens: quia sic fecit michi dominus indiebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.

In mense autem sexto

Missus est angelus gabriel a deo in ciuitate galilee cui nomen nazareth. ad uirginem desponsatam uiro cui nomen erat

ioseph de domo dauid: & nomen uirginis maria. Et ingressus angelus ad eam. dixit. Ave gratia plena. dominus tecum: benedicta tu in mulieribus.

Que cum audisset turbata est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista saluatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria: inuenisti gratiam apud dominum.

Ecce concipies in utero et paries filium: & uocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus: & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternum: & regnum eius non erit finis.

Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud: quoniam uirum non cognosco? Et respondens angelus: dixit ei.

Spiritus sanctus superueniet in te: & uirtus altissimi obumbrabit tibi: ideoque & quod nascetur ex te sanctum. uocabitur filius dei.

Et ecce elysabeth cognata tua: et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que uocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne uerbum.

Dixit autem maria. Ecce ancilla domini fiat in secundum

lv
v
viii
lv
viii
set

uerbum tuū. Et discessit angl's

Exurgens autē **J**abilla.
oaxia indieb; illis. abijt us
montana cū festinatione in ciui
tatem iuda: & intrauit in domū
zacharie et salutauit elysabeth.

Et factum ē ut audiuit saluta
tionem marie elysabeth: exul
tauit infans in utero eius. Et
repleta est spū sancto elysabeth:

& exclamauit uoce magna et
dixit. **B**enedicta tu inter mu
lires: et benedictus fruct' uen
tris tui. Et unde hoc michi ut
ueniat mater dñi mei ad me?

Ecce enim ut facta est uox salu
tationis tue in aurib; meis: ex
ultauit in gaudio infans in u
tero meo. Et beata que credidit
tibi: qm̄ pficientur ea que dicta
sunt tibi a domino. **P**ait **o**a

Magnificat **J**xia.
anima mea dñm: et exul
tauit sp̄e meus in deo saluta
ri meo. **Q**uia respexit humi
litate ancille sue: ecce enim

ex hoc beatam me dicent om̄s
generationes. **Q**uia fecit m̄
magna qui potens est. & sc̄m
nomen eius. **E**t misericordia ei'
a p̄genie in p̄genies: timentib;

eum. **F**ecit potentia in brachio
suo: disp̄sit superbos mente cordis
sui. **D**eposuit potentes de sede:

& exaltauit humiles. **E**t s̄rien
tes impleuit bonis: & diuites di
misit inanes. **S**uscepit isrl̄

puerū suum: recordatus misericordie
sue. **S**icut locutus est ad patres
nr̄os: abraham & semini ei' in se
cula. **M**ansit autē maria

cum illa quasi mensib; tribus:

et reuersa est in domū suam.

Elysa^{eth} autem impletū
est tempus parendi: & peperit

filium. Et audierunt uicini et
cognati eius: quia magnificauit

dñs misericordiam suam cū illa: et
congratulabant' ei. Et factum ē

indie octauo uenerunt circūci
dere puerum: et uocabant eum

nomine patris sui zachariam. Et
respondens mater eius: dixit. Ne
quaquā: s; uocabitur iohannes.

Et dixerunt ad illam: quia ne
mo est in cognatione tua: qui uo
cetur hoc nomine. Innuēbant

autem patri eius: quē uellet uo
cari eum. Et postulans pugilla
rem: scripsit dicens. **I**ohannes est

nomen eius. **E**t mirati sunt uni
uersi. **A**pertum ē autē ilico os ei'

& lingua eius: & loquebatur
 benedicens dñm. Et factus est ti-
 mor sup omnes uicinos eoz.
 et sup omnia montana iudee
 diuulgabant omnia uerba
 hec. Et posuerunt omñs q̄ au-
 dierunt in corde suo: dicentes.
Quis putas puer iste erit. Et
 enim manus dñi: erat cū illo.
Et zacharias pater eius reple-
 tus est spū scō: & pphetauit dies.
Benedictus dñs deus isrl̄:
 quia uisitauit & fecit re-
 demptionē plebis sue. **E**t
 erexit cornu salutis nobis in
 domo dauid pueri sui. **S**ic
 locutus est p̄ os scō. qui a scō
 sunt pphetarū eius. **S**alu-
 tem ex inimicis nr̄is. & de ma-
 nu omniū qui oderunt nos.
Ad faciendā misericordiā cū
 patrib; nr̄is. & memorari testa-
 menti sui sancti. **I**n iuran-
 dum qd̄ iurauit ad abrahā pa-
 trem nr̄m. daturum se nobis.
 t sine timore de manu ini-
 micō nr̄ō. liberati seruam⁹
 illi. **I**n sanctitate & iusticia
 coram ip̄o omñib; dieb; nr̄is.
Et tu puer ppheta altissimi
 uocaberis. preibis enim ante

faciem dñi parare uias eius.
Ad dandam scientiā salutis
 plebi eius in remissionē peccatō.
 eoz. **P**er uiscera misericōdie dei
 nr̄i. in quib; uisitauit nos ori-
 ens ex alto. **I**lluminare his q̄
 intenebris & in umbra mortis
 sedent. ad dirigendos pedes no-
 stros in uiam pacis. **P**uer autē
 crescebat & confortabatur spū
 scō: et erat in desertis usq; in
 diem ostensionis sue ad isrl̄.
Factum est autē in dieb; illis.
 exiit edictum a cesare au-
 gusto: ut describeret⁹ uni-
 uersus orbis. **H**ec descriptio p̄-
 ma facta est. a preside syrie. cy-
 rino. Et ibant omnes ut p̄fite-
 rentur: singuli in suam ciuita-
 tem. **A**scendit autē & ioseph
 a galilea de ciuitate nazareth.
 in iudeā ciuitatem dauid que
 uocatur bethleem. eo qd̄ esset
 de domo & familia dauid: ut
 p̄ficeretur cū maria despon-
 sata s̄ uxorē pregnante. **F**actū
 est autem cū essent ibi: imple-
 ti sunt dies ut pareret. Et pepe-
 rit filium suū primogenitū.
 & pannis eū inuoluit. et recl-
 nauit eum in presepio: quia

U.

non erat ei locus induerisio.
Et pastores erant in regione
 eadem: uigilantes & custodien-
 tes uigilias noctis supra gregē
 suum. Et ecce angls domini ste-
 tit iuxta illos: & claritas di cir-
 cumfulsit illos. & timuerunt
 timore magno. Et dixit illis
 angls. Nolite timere. Hec enim
 suglizo uobis gaudiū magnū
 qd̄ erit omni p̄plo: quia natus
 est uobis hodie saluator qui est
 xp̄e domus in ciuitate dauid.
 Et hoc uobis signum. Inuenie-
 tis infantē pannis inuolutus:
 & positum in presepio. Et subi-
 to facta est cum anglo multi-
 tudo milicie celestis: laudanti-
 um d̄m & dicentū. Gloria in
 altissimus d̄o: & in terra pax ho-
 minib; bone uoluntatis.
Et factum ē ut discesserit
 angli ab eis in celū: pastores
 loquebantur ad inuicē. Tran-
 seamus usq; bethleem: & uide-
 amus hoc uerbum qd̄ factū ē
 q̄ fecit d̄ns & ostendit nobis.
 Et uenerunt festinantes: et
 inuenerūt mariam & ioseph
 & infantem positū in prese-
 pio. Videntes autem: cogno-

uerunt de uerbo qd̄ dictum erat
 illis de puero hoc. & omnes qui
 audierunt mirati sunt: & de his
 que dicebant a pastorib; ad ipsos.
 Maria autem conseruabat omnia
 uerba hec: conferens in corde suo.
 Et reuersi sunt pastores glori-
 cantes & laudantes d̄m in omnib;
 que audierant & uiderant: sicut
 dictum est ad ill os.

Et postquam consummati sunt
 dies octo ut circumcideretur
 puer: uocatum est nomen ei ihe:
 quod uocatum est ab anglo pri-
 quam in utero concipitur.

Et postquā impleti sunt dies
 purgationis eius: scdm̄ legem
 moysi: tulerunt illū in iherl̄m
 ut sisterent eum d̄no: sicut sc̄p-
 tum est in lege d̄ni: quia omne
 masculinū adapiens uulnam.
 sc̄m̄ domino uocabitur: & ut
 darent hostiā scdm̄ quod dictū
 est in lege d̄ni: par turtur uol:
 aut duos pullos columbaruol.
 Et ecce homo erat in iherl̄m
 cui nom̄ symeon: et homo iste
 iustus & timoratus: expectans
 consolationē isrl̄: et sp̄s sanct⁹
 erat in eo. Et responsū accepe-
 rat asp̄u sancto: n̄ uisurum se

mortem nisi prius uideret apm
 dm. Et uenit in spm in templu.
 Et cum induerent puerum ihm
 parentes eius in templu ut face
 rent scdm consuetudinem legis
 pro eo: & ipse accepit eum in
 suas et benedixit dm et dixit:

Nunc dimittis seruum tuum
 dne scdm uerbum tuu in pa
 ce: quia uiderunt oculi mei
 salutare tuum: quod parasti
 ante facie omnium pploru.

Lumen ad reuelatione gen
 tium: & glam plebis tue isrl.

Et erat pater eius & mat
 riantes: super his que dice
 bantur de illo. Et benedixit
 illis symeon: et dixit ad ma
 riam matrem ei. Ecce positus
 est hic in ruinam et resurrectio
 nem multoꝝ in isrl: & in sig
 num cui contradicetur. Et
 tuam ipsius anima ptransib
 gladius: ut reuelentur ex mul
 tis cordib; cogitationes. **E**t
 erat anna pphetissa filia pha
 nuel: de tribu a. ser. Hec pces
 serat in dieb; multis: & uixe
 rat cum uiro suo annis septē
 a uirginitate sua. & hec ui
 dia erat usq; ad annos octogi

ta quatuor: que n̄ discedebat
 de templo. ieiunijs & obsecra
 tionib; seruens nocte ac die. Et
 hec ipsa hora supuentens con
 fitebatur dno: et loquebatur
 de illo omnib; qui exspectabat
 redemptione iherusale. Et
 ut pfererunt scdm legem dm
 reuersi sunt in galilea ciuita
 tem suam nazareth. Puer au
 tem ihe crescebat & confortaba
 tur: plenus sapientia: & gratia
 di erat in illo. Et ibant paren
 tes eius p omnes annos in ihe
 rusalem: in die sollempni pas

Et cum factus **J**che.
 esset annoz duodecim: as
 cendentib; illis iherosolimam
 scdm consuetudine diei festi:
 consummatisq; dieb; cu rediret
 remansit puer ihe in iherlm
 & n̄ cognouerunt parentes ei.
 Exstimantes autē illum esse
 in comitatu uenerūt iter diei:
 & requirebant eū inter cogna
 tos & notos. Et non inuenien
 tes: regressi sunt in iherlm re
 quirentes. Et factum ē post
 triduu. inuenerunt eum in
 templo sedente in medio doc
 torum: audiente illos & inter

lv iii
7 leu
9 xiii

rogantem eos. **S**tupuebant autem omnes qui eum audiebant. super prudentia & responsis eius. Et uidentes: ammirati sunt.

lv v
x
sob

Et dixit mater eius ad illum. fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes: querebamus te. & ait ad illos. Quid est quod me querebatis? Nesciebatis quia in his que patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt uerbum quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis & uenit nazareth: & erat subditus illis. & mater eius conseruabat omnia uerba hec: in corde suo. Et ihc proficiebat sapientia & etate et gratia apud deum & homines.

lv vi
7 .iiii.
9 vii
10 ii. xxv.

In anno quinto .iiii. Ines. decimo impy tyberij cesaris. procurante pontio pilato iudeam. tetrarcha autem galilee herode. philippo autem fratre eius tetrarcha iture. & diacritidis regionis. et lysania abyline tetrarcha. sub principibus sacerdotum anna & caypha. factum est uerbum domini super iohanne zacharie filium in deserto. **E**t uenit iom-

lv vii
7 viii
9 ii
10 x

nem regionem iordanis predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum. sicut scriptum est in libro sermonum ysaię pphete. Vox clamantis in deserto. parate uiam domini: rectas facite semitas eius. Omnis uallis implebitur. & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt praua indirecta: et aspera iuas planas: & uidebit omnis caro salutare dei.

Dicebat ergo ad turbas que exiebant ut baptizarentur ab ipso. Genimina uiperarum. quis ostendit uobis fugere a uentura ira? Facite ergo fructus dignos penitentie: & ne cepitis dicere. patrem habemus abraham. Dico enim uobis: quia potest de lapidibus istis suscitare filios abrahe. Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum: excidetur & in ignem mittetur. **E**t interrogabat eum turbe dicentes. Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas: det non habenti. & qui habet escas: similiter faciat. **V**enerunt autem & publicani ut baptizarentur: & dixerunt ad illum. Magister

lv viii
x
sob

quid faciemus: At ille dixit
adeos. Nichil amplius quā qđ
constitutū est uobis. faciatis.

Interrogabant autē & milites
dicentes. Quid faciemus et nos?

Et ait illis. Meminē concutia-
tis. neq; calumpniā faciatis.
et contenti estote stipendijs
ur̄is.

Existimante autē
ip̄lo. & cogitantib; omnib; in
cordib; suis de iohanne. ne
forte ipse esset xp̄s: respondit
iohannes dicens omnib;:

Ego quidē aqua baptizo uos:
ueniet autem fortior me cuius
n̄ sum dignus soluere corrigiam calci-
amentorū eius: ipse uos bapti-
zabit in sp̄u sancto & igni.

Cuius uentilabrū in manu
eius. & purgabit aream suā:
et congregabit triticū in hor-
reum suum: paleas autē con-
buret igni inextinguibili.

Multa quidem & alia exhortas
euuangelizabat illis. **H**e-
rodes autē tetrarcha cum cor-
riperetur ab illo de herodia
de uxore fratris sui. & de om-
nib; malis que fecit herodes.
adiexit & hoc sup̄ omnia. et
inclusit iohannē in carcerem.

lv .xiii.
xiiii
v
30 xv

Factum est autē cum baptiza-
retur omnis ip̄s. & ihu bap-
tizato & orante: apertum ē celū.
et descendit sp̄s sanctus corpo-
rali specie sicut columba in ip̄sū:
& uox de celo facta est. Tu es fi-
lius meus dilectus: in te com-
placuit m̄. **E**t ipse ih̄s erat
incipiens quasi annorū trigin-
ta: ut putabatur fili' ioseph.

lv .xviii.
l .xiii.
30 .xviii. .xv.

- Q**ui fuit Hely: qui fuit mathath.
- Q**ui fuit leui: qui fuit melchi.
- Q**ui fuit lamne: qui fuit ioseph.
- Q**ui fuit othathie: qui fuit amō.
- Q**ui fuit Naum: qui fuit Heli.
- Q**ui fuit Haggē: qui fuit oath.
- Q**ui fuit Oathie: & fuit Semei.
- Q**ui fuit Ioseph: qui fuit ioda.
- Q**ui fuit Iohanna: & fuit resā.
- Q**ui fuit Zorobabel: & fuit Salathiel.
- Q**ui fuit Neri: qui fuit melchi.
- Q**ui fuit Addi: qui fuit Cosam.
- Q**ui fuit Helmadan: & fuit Hek.
- Q**ui fuit Ihesu: & fuit Luezer.
- Q**ui fuit Iorim: & fuit Oath.
- Q**ui fuit leui: & fuit Symeon.
- Q**ui fuit Iuda: qui fuit Ioseph.
- Q**ui fuit Iona: & fuit Luachim.
- Q**ui fuit melcha: & fuit Oenna.
- Q**ui fuit Oathia: & fuit Nathan.
- Q**ui fuit Dauid: & fuit Jesse.

lv .x.
xv
30 .xv.

lv .xv.
xvi

lv .xviii.
xviii
30 .xviii.

Qui fuit Obeth: cui fuit Booz.

Qui fuit Salmon: & fuit Naafon.

Qui fuit Aminadab: & fuit Aran.

Qui fuit Esrom: & fuit Phares.

Qui fuit Iude: cui fuit Jacob.

Qui fuit Ysaac: & fuit Abrahæ.

Qui fuit Thare: cui fuit Nachor.

Qui fuit Saris: & fuit Ragau.

Qui fuit Salech: cui fuit Eber.

Qui fuit Sale: & fuit Cainan.

Qui fuit Arfaxat: cui fuit Sem.

Qui fuit Noe: cui fuit Lamech.

Qui fuit Matufale: & fuit Enoch.

Qui fuit Iareth: & fuit Olalaleel.

Qui fuit Cainan: cui fuit Enos.

Qui fuit Seth: & fuit Adæ: qui

fuit dñi. **I**hesus autem plen-

plenus spū sancto regressus

est ab iordane: & agebatur in

spū in deserto dieb; quadra-

ginta: & temptabatur a dia-

bolo. **E**t nichil manduca-

uit nullis dieb;: & consumma-

tis illis esurijt. Dixit autē il-

li diabolus: Si filius dñi es: dic

lapidi huic ut panis fiat. **E**t

respondit illi ihc. Scriptum

est: quia non in pane solo ui-

uit homo: s; in omni uerbo

dñi. **E**t duxit illum diabolus: &

ostendit illi omnia regna or-

bis terre in momento temporis: &
ait ei. Tibi ^{dabo} potestatem hanc uniu-
ersam & gl'am illor: quia michi tra-
dita sunt. et cui uolo do illa. Tu
ergo si adoraueris coram me: erit
tua omnia. **E**t respondens ihesus:
dixit illi. Scriptum ē enim. Do-
minum dñm tuum adorabis: et
illi soli serues. **E**t duxit illū in
iherusalem: & statuit eum supra
pinnā templi. et dixit illi. Si fi-
lius dñi es: mitte te hinc deorsus.
Scriptum est enim qd' angelis suis
mandauit de te. ut conseruent
te. & quia in manib; tollent te:
ne forte offendas ad lapide pedē
tuum. **E**t respondens ihc: ait il-
li. Dictum est: non temptabis
dñm deū tuum. **E**t consummata
omni temptatione: diabolus re-
cessit ab illo usq; ad tempus.

Et regressus est ihc in uirtute
spē in galileam: & fama exijt per
uniuersā regionem de illo: et ip-
se docebat in synagogis eor: & mag-
nificabatur ab omnib;. **E**t
uenit nazareth ubi erat nutritus:
& intrauit scdm consuetudinē
diei sabbati in synagogam. **E**t
surrexit legere: et traditus est ei
liber ysaie pphete. **E**t ut reuoluit

lv
xvi
xv
xv

lv
xvi
xv
xv

lv
xvii
xviii
xxvi
xlvi

lv
xviii
sol

librum: inuenit locum ubi scriptum
 erat. **S**pe domini sup me: ppter
 qd unxit me: tui angelizare pau
 peribus misit me. sanare contri
 tos corde: predicare captiuis re
 missionem. & cecis uisum: dimi
 ttere contractos in remissionem:
 predicare annu domini acceptu.
 & diem retributionis. Et cum pli
 casset librum: reddidit ministro
 & sedit. **E**t omniu in synago
 ga erant oculi intendentes me.
 Cepit autem dicere ad illos: quia
 hodie impleta est hec scriptura
 in aurib; uestris. Et omnes testi
 monium illi dabant: & mira
 bantur in uerbis gre que pro
 cedebant de ore ipsius. **E**t di
 cebant. Nonne hic est filius io
 seph? **R**att illis. Vtq; dixit q
 hanc similitudine; Medice cu
 ra te ipsum. Quanta audiui os
 facta in capharnaum: fac et
 hic in patria tua. **A**tt autē.
 Amen dico uobis: quia nemo
 ppheta acceptus est in patria sua.
 In ueritate dico uobis. multe
 uidue erant in diebus helye in
 isrl. quando clausum est celu
 annis tribus & mensibus sex.
 cum facta esset famel magna

in omni terra: & ad nulla illaru
 missus est helyas: nisi in sarepta
 sydonie ad mulierem iuduam.
Et multi lepsi erant in israhel
 sub helyeo ppheta: et nemo ex
 mundatus est: nisi naaman sy
 rus. **E**t repleti sunt omnes in
 synagoga ira: hec audientes. **E**t
 surrexerunt & eiecerunt eum
 extra ciuitatem: & duxerunt
 illum usq; ad supelium monti
 supra que ciuitas illo: erat edi
 ficata: ut precipitarent eu. Ip
 se autem transiens p mediu il
 lozum ibat. **E**t descendit i
 capharnaum ciuitate galilee:
 ibiq; docebat illos sabbatis.
Et stupebant in doctrina eiu:
 quia in potestate erat sermo ip
 sius.
Et in synagoga **E**rat homo habens demoni
 um inmundum: & exclamauit
 uoce magna dicens. Sine: quid
 nobis & tibi ihesu nazarene?
 Venisti perdere nos. Scio te: quis
 sis: sanctus di. **E**t increpauit
 illum ihe dicens. Obmutescē:
 et exi ab illo. **E**t cum percussit
 illu demoniu in medium: eri
 pt ab illo: nichilq; nocuit illum.
Et factus est pavor in omnib;

lxviii
cxi
Lxxviii

lxviii
cxi
Lxxviii

lxviii
cxi
Lxxviii

lxviii
cxi
Lxxviii

lxviii
cxi
Lxxviii

lxviii
cxi
Lxxviii

& colloquebantur ad inuicē dicen-
tes. Quod est hoc uerbum: quia in
potestate & uirtute impat in un-
dis spiritibus & exiunt. Et diuul-
gabatur fama de illo in omnē lo-
cum regionis.

Surgens autē de synagoga:

Suntroiuit in domū symonis.

Socrus autem symonis. teneba-
tur magnis febris: et rogaue-
runt illum pro ea. Et stans super
illam impauit febris: & dimisit
illam. Et continuo singens. my-
nistrabat illis. Cum sol autem
occidisset: omnes qui habebant
infirmos uariis languoribus: du-
cebant illos ad eum. At ille
singulis manus imponens: cu-
rabat eos. **E**xiebant autem
demonia a multis clamantia i-
dicentia: quia tu es filius dei. Et
increpans n̄ sinebat ea loqui:
quia sciebant ipsum esse xpm.

Acta autem hac die: egressus
ibat in desertum locum. Et
turbe requirebant eum: et ue-
nerunt usq; ad ipsum: & deti-
nebant eum ne discederet ab eis.
Quibus ille ait. Quia & alijs ci-
uitatibus oportet me euanglizare.
regnum dei: quia ideo missus sui.

Et erat predicans in synagogis galilee.

Factum est autem cum turbe irru-
erent in eum ut audirent uerbu
dei: & ipse stabat secus stagnū gene-
sareth. Et uidit duas naues stante
secus stagnum: piscatores autē des-
cenderant & lauabant retia. Ascen-
dens autē in unam nauem que erat
symonis: rogauit eum a terra redy-
cere pisillum. Et sedens. docebat de
nauicula turbas. **V**t cessauit
autem loqui: dixit ad symonem.

Duc in altum: & laxate retia uira
in captura. Et respondens symon:
dixit illi. Preceptor. pro tam nocte
laborantes nichil cepimus:
in uerbo autem tuo laxabo rete.
Ecum hoc fecisset: concluderunt
piscium multitudinē copiosam.
Cum pebatur autem rete eos. Et
annuerunt socijs qui erant i alia
nauis: ut uenirent & adiuuarent
eos. Et uenerunt et impleuerunt
ambas nauiculas: ita ut mergerē-
tur. **Q**uod cum uidisset symon
petrus: prostratus ad genua ihu dicens.

Exi a me: quia homo peccator sum
dñe. Stupor enim circumdederat
eum & omnes qui cum illo erant
in captura piscium quā ceperant.
Similiter iacobi & iohannē filios

lxvii
lxviii
lxviiii

lxviii
lxviiii
lxviiii

lxviiii
lxviiii
lxviiii

lxviii
Sol

lxviii
lxviiii
lxviiii

lxviii
Sol

zebedei: qui erant socii symonis.

Et ait ad symonem ihs. Noli timere: ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus: relictis omnibus secuti sunt eum.

Et factum est cum esset in una ciuitatum: et ecce uir plenus lepra. Et uidentem ihm et pendentem in faciem: rogauit eum dicens. Domine si uis: potes me mundare. Et extendens manum: tetigit eum dicens. Volo. Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo. Et ipse precepit illi. ut nemini diceret. sed uade ostende te sacerdoti. & offer per mundationem tuam sicut precepit moyses in testimonio illis.

Perambulabat autem magis sermo de illo: & conueniebant turbe multe: ut audirent & curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem sedebat in deserto: et orabat.

Et factum est in una dierum. et ipse sedebat docens: et pharisaei sedentes & legis doctores qui uenerant ex omni castello galilee. & iudee. & iherusalem: & uirtus erat domini ad sanandum eos. **E**t

ecce uiri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus: & querabant eum inferre et ponere ante eum. Et non inuenientes quae parte illum inferrent pre turba: ascenderunt supra tectum: & per regulas submiserunt illum cum lecto in medium ante ihm. Quae fidem ut uidit. dixit. Homo remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt cogitare scribae & pharisaei dicentes. Quis hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus deus? Et cognouit autem ihs cogitationes eorum: respondens dixit ad illos. Quid cogitatis praua in cordibus uestris? Quid est facilius dicere dimittere tibi peccata? an dicere surge & ambula? Ut sciatis autem quia filius hominis potestatem habet in terra dimittere peccata: ait paralytico. Tibi dico surge tolle lectum tuum: & uade in domum tuam. Et confestim surgens coram illis tulit in quo iacebat: et abiit in domum suam magnificans deum. Et stupor apprehendit omnes: et magnificabant deum. Et repleti sunt timore dicentes: quia

uidimus mirabilia hodie.

Et post hec existit et uidit publicanum nomine leui. sedentem ad theloneum: et ait illi. Sequere me. Et relictis omnibus: surgens secutus est eum. **E**t fecit ei conuulsum magnum leui in domo sua: et erat turba multa publicanorum et aliorum qui cum illis erant discumbentes. Et mirabantur pharisaei et scribae: dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis? **E**t respondens ihesus: dixit ad illos. Non egent qui sanis sunt medico: sed qui male habent. Non enim ueni uocare iustos: sed peccatores in penitentiam. At illi dixerunt ad eum. Quare discipuli iohannis ieiunant frequenter: et obsecrationes faciunt: similiter et pharisaeorum: tui autem discipuli edunt et bibunt? **Q**uibus ipse ait. Nunquid potestis filios sponsi dum cum illis est sponsus facere ieiunare? Venient autem dies: et cum ablatum fuerit ab illis sponsum: tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autem et similitudinem ad illos:

lv xxxviii
lvi
lxvii

lv xxxviii
lvi
lxvii

lv xli
lxviii
lxviiii

Quia nemo commissuram a uestimento nouo inmittit in uestimentum uetus: alioquin et nouum rumpit: et ueteri non conuenit commissura a nouo. Et nemo mittit uinum nouum in utres ueteres: alioquin rumpetur uinum nouum: et utres peribunt. Sed uinum nouum in utres novos mittendum est: et utraque conseruantur. Et nemo bibens uetus: statim uult nouum. Dicit enim: uetus melius est:

Factum est autem in sabbato sedo. **P**rimo cum transiret per sata: uellebant discipuli eius sycas: et manducabant confricantes manibus. Quidam autem pharisaeorum dicebant illis. Quid facitis quod non licet in sabbatis? **E**t respondens ihesus ad eos: dixit. Hec hoc legistis: quod fecit dauid cum esurisset ipse: et qui cum eo erant: quomodo intrauit in domum dei: et panes propositionis sumpsit et manducauit: et dedit qui cum ipso erant: quos non licet manducare: nisi tantum sacerdotibus? **E**t dicebat illis. Quia dominus est filius hominis: etiam sabbati.

lv xli
lxviii
lxviiii

lv xli
lxviii
lxviiii

Factum est autem in alio sabbato: ut intraret in synagogam et doceret. **E**t erat

Lucam

ibi homo: & manus ei dextera
 erat arida. **O**bseruabant autē
 scribæ & pharisæi si in sabbato cu-
 raret: ut inuenirent unde il-
 lum accusarent. **I**psē uero sci-
 ebat cogitationes eorū: & ait ho-
 mini qui habebat manū aridā.
Surge & sta in medium. **E**t
 surgens stetit. **A**it autem ad il-
 los ih̄e. **I**nterrogo uos. si licet
 sabbatis benefacere an male?
 animā saluam facere an perdere?
Et circumspēctis omnib;: dixit
 homini. **U**ttende manū tuam.
Et extendit: et restituta ē ma-
 nus eius. **I**psi autem repleti sūt
 zelo: & colloquebantur ad iui-
 cem quid nam facerent de ih̄e.
Actum est autem in illis
 dieb;: exist in monte ora-
 re: et erat p̄noctans in oratiōe
 dei. **E**t cum dies factus es-
 set: uocauit discipulos suos. &
 elegit duodecim ex ipsis. quos
 & ap̄tōs nominauit: symonē
 quem cognominauit petruoꝝ.
 & andream fr̄em eius: iacobū
 et iohannē. philippum & bar-
 tholomeum: mattheum et tho-
 mam. iacobū alphaei & symo-
 nem qui uocatur zelotes: iu-

dam iacobi & iudam scarioth.
 qui fuit p̄ditor. **E**t descen-
 dens cum illis. stetit in loco cam-
 pestri. & turba discipulorū eius:
 et multitudo copiosa plebis ab
 omni iudea & iher̄lm̄ et mari-
 tima et tyri & sydonis: qui ue-
 nerant ut audirent eū. et sana-
 rentur a languorib; suis. **E**t qui
 uexabantur a spiritib; imundi:
 curabantur. **E**t omnis turba
 querebat eum tangere: quia uir-
 tus de illo exibat et sanabat
 omnes. **E**t ipse eleuatis o-
 culis suis in discipulos suos: di-
 cebat. **B**eati paupes sp̄i: quia
 ur̄m̄ est regnum dei. **B**eati
 qui nunc esuritis: quia satura-
 bimini. **B**eati qui nunc fletis:
 quia ridebitis. **B**eati eritis cū
 uos oderint homines. & cum
 separauerint uos. et exprobraue-
 rint. & eiecerint nomen ur̄m̄
 tanquā malum: p̄pter filium
 hominis. **G**audete in illa die &
 exultate: ecce enim merces ur̄a
 multa in celo. **S**ecundum hec
 enim: faciebant p̄phetis pat̄s
 eorū. **U**eruntamen ue uobis
 diuitib;: quia habetis consolati-
 onem ur̄am. **U**e uobis qui sa-

lv
 xlv
 xlvii
 xlviii

lv
 xlv
 xlv

lv
 xlvii
 xlviii

lv
 xlvii
 xlviii

lv
 xlvii
 xlv

lv
 l.
 Sol

lv
 xlvii
 xlviii

lv
 xlvii
 xlv

turati estis: quia esurietis. **U**e uobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. **V**e uobis qui benedixerunt omnes homines: secundum haec enim faciebant pseudo prophetis patres eorum. **S**ed uobis dico. Diligite inimicos uostros: benefacite his qui oderunt uos. Benedicite maledicentibus uos: orate pro calumpniantibus uos. **E**t qui percussit in maxillam. prebe et alteram: & ab eo qui auferit uestimentum. etiam tunicam non prohibere. **O**mnis autem petenti tribue: et qui auferit que tua sunt. ne repetas. **E**t ut uultus ut faciant uobis homines: et uos facite illis similiter. **E**t si diligitis eos qui uos diligunt: que uobis est gratia. Nam et peccatores diligentes se diligunt. **E**t si bene feceritis eis qui uobis benefaciunt: que uobis est gratia. **S**iquidem & peccatores hoc faciunt. **E**t si mutuum dederitis his a quibus spatium recipite: que gratia est uobis. **N**am & peccatores ^{peccatores} fenciantur: ut recipiant equalia. **V**eruntamen diligite inimicos uostros: & benefacite. et mutuum date. nichil despondente.

lv
11
sol

lv
11
xl

lv
11
xxxviii

lv
11
Liiii

lv
11
xli

lv
11
xli

lv
11
xli

lv
11
re
xxxviii
xxxviii

lv
11
Li

lv
11
Liiii

et erit merces uestra multa. & eritis filii altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos.

Ergo misericordes: sicut et pater uester misericors est. **N**olite iudicare: & non iudicabimini. **N**olite condemnare: et non condemnabimini. **D**imitte: & dimittemini. **D**ate: et dabitur uobis. **M**ensuram bonam & confertam et coagitatam. et supereffluentem: dabunt in sinum uestrum. **E**adem uero mensura qua mensi fueritis: remetietur uobis. **D**icebat autem illis & similitudine. **Q**uoniam quid potest cecus cecum ducere. **N**onne ambo in foueam cadunt. **N**on est discipulus super magistrum. **F**ectus autem omnis erit: si sit sicut magister eius. **Q**uid autem uidet festucam in oculo fratris tui: trabem autem que in oculo tuo est non considerat. **A**ut quomodo potest dicere fratri tuo. frater sine eia festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non uidens. **H**ypocrita. eia primum trabem de oculo tuo: & tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui. **N**on est arbor bona que facit fructus malos:

neq; arbor mala faciens fructu
bonum. Vnaqueq; enim arbor
de fructu suo cognoscitur. Neq;
enim de spinis colligunt ficus:
neq; de rubo uindemiunt uia.

Bonus homo de bono thesau-
ro cordis sui pferit bonum: et
malus homo de malo thesauro
pferit malum. Ex habundan-
tia enim cordis os loquitur.

Quid autem uocatis me do-
mine dñe. & non factus que

dico: **O**mnis qui uenit ad
me & audit sermones meos &
facit eos: ostendam uobis cui
similis sit. Similis est homini
edificanti domū: qui fodit in
altum & posuit fundamenta
supra petram. Inundatione fac-
ta illisum est flumen domui
illi: & n̄ potuit eam mouē. Sim-
data enim erat supra petram.

Qui autem audit & n̄ facit: simi-
lis est homini edificanti domū
suam supra terram sine funda-
mento: in quā illisus est fluius
et continuo cecidit: & facta est
ruina domus illius magna.

Cum autem compleisset
omnia uerba sua in au-
res plebis: intrauit capharnā.

Centurionis autem cuiōa ser-
uus male habens erat mortuus?
qui illi erat preciosus. Et cū au-
disset de ihu: misit ad eum seni-
ores iudee rogans eum ut ue-
niret et saluaret seruum eius. At
illi cum uenissent ad ihm: roga-
bant eum solliciti dicentes ei:
quia dignus est ut hoc illi pres-
tes. Diligit enim gentem suam:
et synagogam ipse edificauit
nobis. Ihs autem ibat cum illis.
Et cum iam n̄ longe esset ad
mo: misit ad eum centurio a-
micos dicens. Domine noli ue-
rari: non enim dignus sū ut
sub tectum meū intres. Ppter
qd & me ipsum nō sum dignū
arbitratus ut uenirem ad te:
sed dic uerbo et sanabit̄ puer
meus. Nam & ego homo sum
sub potestate constitutus: ha-
bens sub me milites. Et dico
huic uade & uadit: & alio ue-
ni et uenit: et seruo meo fac
hoc & facit. Quo audito ihs
miratus est: et conuersus se-
quentib; se turbis dixit. Am-
dico uobis: nec inuēi tantam
fidem in ueni. **E**t reuersi
qui missi fuerant domū: in-

lv lxx
o lxxi

lv lxx
o lxxv

lv lxx
o lxxii
o lxxv

lv lxxiii
o lxxv

lv lxx
o lxxii
o lxxv

lv lxxv
o lxxv

uenerunt seruum qui langie
rat sanuoy.

Et factum est deinceps ibat
in ciuitatem que uocatur
naym: et ibant cum illo discipuli
eius: & turba copiosa. Cum autē
appropinquaret portę ciuitatis: ec
ce defunctus efferebatur filiū uni
cus matris sue. Et hec uidua erat:
& turba ciuitatis multa cum illa.
